N. Inv. 1420.

Jordanis ripas alvei
sui tempore messis
impleverat Josue iii°
Sicut dicit btus Aug
de cons ev ewangelistarum
int omnes divinas
auctoritates que sacris
literis continentur mito
ewangelium excellit nec immerito sicut
dicit Crisostomus super Mat In eo toti
ne perfectionis racionalis sua omnis
intendens ergo ipso duce meae
tenuitatis modulum ad ponendum
sequentias ewangeliorum dominicalium
ut legitur in ecclesia salua correcc
pro ingressu huius negocii ad
incoacionem ewangeliorum premissa va
assumpsi Jordanis ripas In quibus
quidem verbis sacrorum ewangeliorum efficacia
ta describitur quo ad tria primo
quo ad sui efficaciam et misteriorum
proprietatem quod notatur in Jordanis
figuracione cum premittitur Jordanis
Secundo quo ad temporis congruenciam et mo
dernorum studiositatem quod innuitur
in messis designacione cum additur
Tempore messis Tercio quo ad sui
exuberanciam et expositionum copio
sitatem quod intelligitur in riparum
alvei repleccione cum interponitur ripas
alvei sui impleverat Circa primum
efficacia misteriorum sacri ewangelii
attenditur penes unita et proprie
penes octo que ex Jordanis fluminis
proprietatibus colliguntur prima
efficacia sumitur ex nominis interpretacione
Jordanis enim interpretatur fluvius iudicii
Ex quo colligitur hec efficacia ewangelii
quia confert suis sectatoribus in
die proprietatem et hoc in die iudicii Unde
Mat xix° vos qui secuti estis me
Secunda sumitur ex sui originacione oritur
enim ex Libano qui est mons altissimus
et fertilissimus per quem divinitas in
telligitur Ewangelium ore prolata ewangelistarum
immediate consimilaverunt sicut de aliis
libris sacre scripture Unde et appa
re convenit illud Ecclesiastici xxiiii° Ego
ex ore altissimi prodii Tercia sumitur
ex regionum divisione Jordanis enim
fluvius dividit Judeam et Arabiam
ut dicit Glosa circa xxiiii° hec est re
gionem fidelem a regione gentilium
et incredulorum Et revera sacer sic
ewangelium distinguit fideles ab
infidelibus quia sola fide ewangelii
fideles ab incredulis secernuntur quadam
ius veteri lege circumcisio populum ab
aliis distinguebat ut patet Quarta
vero enarrata sumitur ex eius apertione
Nam Jordanis coram filiis Israel se
aperiunt et ad terram promissionis
transitum prebens se divisit Sic ewan
gelium nobis prebuit ad illam terram
promissionis de qua dicitur in psalmo portio mea
in terra viventium sit domine qui quidem
transitus tempore legis veteris clausus erat
Sed Christo baptizato ad predicacionem ewangelii
suscepit initium legis quod celi aperti sunt
sicut ad Mat iiii° Quinta sumitur ex copiosa
retrocessione Nam filiis Israel transeuntibus
per siccum Jordanis medio desuper
decurrentes federis steterunt aque su
periores in uno loco ad instar montis
intumescentes et eminus dicitur in psalmo
Jordanis conversus est retrorsum pars
vero aquarum inferiorum in mare mortuum
descendit ut dicitur Josue iii° Sic dominus
Christus qui per archam federis insuper
intelligitur per ewangelii predicacionem ante
populum defert pars credencium instabi
litate persenans conceptam celestis gracie
dulcedine firmiter tenet pars vero
alia in amaritudine peccatorum defluens
quasi salsi maris fluentibus merguntur
ut ponitur in glosa ibidem Unde
Jo vi° scribitur quod multi discipulorum eius
abierunt retrorsum ecce pars in mare
defluencium Et sequitur dicit autem Jhesus
ad xii Numquid et vos vultis abire
qui respondentes dixerunt domine ad quem
ibimus verba vite eterne habes ecce pars

Sermon Jordani pars hyemalis

in stabilitate perseverancium Sexta
sumitur ex Christi in eo notatione sicut legitur
Matthei 4 Sic effica facti ewan-
gelii dicitur petrus quod per terram
intelligitur in fundo cordis latere non
permittit sed per primam ipsum foris mit-
tat unde Christus ad predicare ewangelium
incipiet dixit primam agite appropinqua-
bit enim regnum celorum Mathei 3 et
Septima sumitur ex primis Christi contactu
et sanctificacione quia enim iordanis ex
contactu mundissime carnis Christi pre
omnibus fluviis meruit ab ipso sancti-
ficari Unde ipso iordane mersus salvator
unum regeneracionis omnibus aquis con-
tulit et humane salutis sacramentum
in aqua fieri ordinavit in quo totum
ewangelii summa complexum et depre-
catoribus ewangelii Marci ultimo
euntes in mundum universum predicate
ewangelium omni creature Et hanc efficaciam
idem fluvius iordanis olim in figura
ondebat qui lepram naaman syri
abluit et mundavit 4 Regum 5 Octava
et ultima efficacia facti ewangelii sumitur
ex totius trinitatis in iordane apparicione
Ihesu enim baptizato iohannes celos
apertos super eum vidit et voce patris
audivit filium preciali tetigit spiritum
sanctum in columbe specie conspexerit et sic
totius trinitatis misterium super iordane
intelligat ut habetur Mathei 3 et Marci
1o Ex quo colligitur quod per virtutem sancti
ewangelii fit nobis revelacio celestium
misteriorum Unde discipulis ewangeliza-
turis dixit salvator Mathei 13 vobis datum
est nosse misterium regni dei Secundo
fluenta ewangelica describuntur quo
ad tempus congruenciam et modiorum stu-
diositate in messis designacione cum
dicitur Tempore messis olim namque
ewangelium ante nondum erat tempus messis
quoniam primo tempore nature vitas ewangelica pul-
lulare incepit quasi in herbam deinde
tempore legis mosaice pullulat
in spicam sed deinde tempore ewangelii ita
quoniam fructibus maturatis tempus est
messis iuxta illud Marci 4o Terra
primo fructificat herbam deinde spicam
deinde plenum fructum in spica et cum
ex se produxerit fructum statim mittit
falcem quoniam adest messis Super quo
verbo dicit Crisostomus primo inquit herbam fru-
ctificat in lege nature paulatim ad profectum
crescens postmodum producit spicas
in manipulum colligendas et in altare
domino offerendas in lege scilicet moysi po-
stea producit plenum fructum scilicet deinde ewangelio
et tunc est tempus messis Unde Johannis 4o
videte regiones quoniam albe sunt ad
messem et dicit Crisostomus in omelia parata
sunt plurima mitto vos ad colleccionem
fructuum et hec maxime refertur propter
competenciam modum temporis quod iam
quippe tempus maxime tempus messis
est ut potest semine ewangelico apostolorum
predicacione diu iam se in agro ec-
clesie sanctorum doctorum et venabilium
magistrorum dogmate iam irrigato nec
amplius super est aliud nisi colligere fructus
Ita enim hodie reluxit vitas ewangelica
ut pene iam nil novi amodo ipsis
doctoribus dici valeat ut attendat
sapiencia summa Ecclesiastici 1o Nichil nisi novum
sub sole sed apte modis doctoribus
accommodata est illa Senece epistola Certa
Apes inquit debemus imitari qui va-
gantur et flores ad mel faciendum
idoneos carpunt deinde quicquid attu-
lere disponunt et per sua nos digerere
Ita debemus quecumque ex diversa lectione
congestione separare melius enim di-
stincta servat deinde ad debitam facultatem
tem ingenii in unum sapore varia
libata confunde hec ille Tercio descri-
buntur fluenta ewangelica quo ad sui ex-
uberanciam et expolicionis copiositatem
quod innuitur in riparum alvei replecione
cum dicitur ripas alvei sui impleverat
Per ripas alvei intelligitur capacitas
humani ingenii tunc ergo iordanis
ripas alvei sui implet quando doctrina
ewangelica exaffluencia multorum rivulorum
ita exuberat quod capacitate nostre intel-
ligencie ex animo replet quod convenienter
in iordanis inundacione innuitur Ce-
lebram enim iordanis inundacio ex imbribus

et nivium aliisque resolutione carent
que in initio veris amplius evenire
solent quo tempore in illa regione iam
est messis ut dicit glossa Sic propheta exdi
vine gratie instillatione que per ymbres
et ex celestis desiderii liquefactione que
per nives designatur doctores varii qui
ad hec tempora suis preclaris expositionum
rivulis fluminis ewangelice impleverunt
ut de eis dici possit illud psalmi Etenim celi
distillaverunt nec tamen adhuc divina sa
pientia cessat stillare intellectibus stu
diosorum Non enim abreviata est manus
domini Subditur enim statim post verba
inducta pluviam voluntariam segregabis here
ditati tue et psalmi dominus dabit verbum ewan
gelizantibus Ergo ante ripas alvei
mei nedum impletas nec ymo nec
stilla unica securus modestia presumptio
sam non habens fiduciam ut iordanis
influat in os meum Job xl ymo nec
confidens quod vel parva stillam sermonis
eius audierim Job xxvi Ad fontem
sapientie sitibundus confugio orans cum
propheta dominus Concrescat ut pluvia mea
doctrina fluat ut ros eloquium meum Ob
secro igitur deus meus ut paulisper
iordanis contineatur retrorsum das in
transeundi causa Sit in gratia tua pa
ratus a dextris et a sinistris Esto
tu in baculus sustentationis ad pergy
randum ewangelice expositionis quatinus
hoc expleto opere confidenter dicam illud
Gen xxxii In baculo meo transivi
iordanem istud quod in prestare di
gneris qui es fons sapientie in excelsis

Ut autem sequentibus habeatur ewangeliorum
distinctio prout leguntur per anni
circulum ad aliquem ordinem quotannis
dividenda sunt ipsa ewangelia
secundum distinctionem temporum anni totius ante
omnia facere dividitur in quatuor partes secundum
quatuor que de christo in ewangelio principaliter
traduntur quedam enim traduntur de ewan
gelio que respiciunt christi adventum et
incarnationem et secundum hoc habemus primam partem
anni que vocatur tempus adventus christi et
incarnationis et incipit a prima dominica
adventus et durat ad primam dominicam
post octavam epiphanie Quedam vero
respiciunt conversationem et ad fidem voca
tionem et secundum hoc habemus secundam partem anni
que vocatur tempus conversionis tempus
et durat a predicta dominica usque ad dominicam
de passione Quedam vero respiciunt con
summationem nostram redemptionem que facta
est per christi passionem et secundum hoc habemus tertiam
partem anni et potest vocari tempus redemptionis
et hoc tempus durat ad dominicam de passione
usque ad octavam penthecostes Postremo
quedam traduntur in ewangelio que respiciunt
nostram eruditionem et spiritualem perfectionem
et secundum hoc accipitur quarta pars anni scilicet ab
octava penthecosten usque ad adventum
et potest dici tempus predicationis christi et
nostre eruditionis et dicitur hoc tempus ascribi
parti anni predicti quia ibi repetitur hominis
de novo conversio et ad fidem invitatio
quantum ad primam invitationem fidei sed hic repeti
tur vita christi et eius doctrina sine pre
dicatio quantum ad perfectionem totius vite nostre
Et hec quatuor anni tempora sive ewangelice tradi
tionis accipi possunt penes quatuor partes
sive loca magis memorabilia Jordanis
fluminis Primo enim iordanis oritur ex li
bano qui interpretatur candidatio et secundum
hoc accipitur primum tempus quo christus ex
candida virgine venit in hunc mundum
candidus et rubicundus Can v Deinde
iordanis transitum facit per mare galilee
quod interpretatur transmigratio et signat tempus
secundum quod predicatores transmigraverunt ad pagana
et incredulos ad fidem Deinde iordanis
transit per istum locum ubi christus baptiza
tus est et ubi iordanis filiis israel tran
situm dedit per quod signatur tertium tempus
quo christus sacramenta nostre redemptionis
instauravit et transitum ad vitam pate
fecit Deinde iordanis in mare mor
tuum ingreditur et ibi absorbetur per quod
intelligi potest quartum tempus ewangelice perfe
ctionis sectatores moriuntur mundo
et omne quod in eis carnale est dulce
dine divine contemplationis penitus absor
betur sicut de quibusdam dicitur Colo
iii Mortui estis et vita vestra abscondita

est eni xpo sigr zm pmissa liber dominice
separaciu diuid in quatuor partes pncipales
in pma pte ponit ewan^a ptinencia ad
pmu tps scz aduentus dni et incarna
cionis In 2a ptinencia ad zm tps vz^t incar
nacionis ibi Cuius genobr dem po
nuntur ewan^a ptinencia ad tpus predicacionis
xpi siue incar passionis ibi Estote mi
sericordes pma pars pmi tpis diuid
in duas zm q pmu tps duo includit
nam ptm ptinz ad xpm venturu et
zm hc dicitur tpus aduentus partim
vero ad xpm natu et zm hc pt dici tps
incarnacionis et includit illud tempus
omnia illa ewan^a que ptinet ad xpi
natiuitate et infancia in ewo^o noctis
sce Exyt edictu et Circa pma ptem
e sciendu q ecclia pagendo aduentu
xpi pmu scz incarnacoz commeorat eciam
introducendo in officiis aduentu zm
qui erit in iudiciu Cuius racio e uit
vz cu inmissione timoris magis excitemur
ad prepandu nos ad aduentu
amoris Et hic dupx aduentus dinit
etiam in origine iordanis fluuij qui ut
dicitur e oritur a libano Et zm Jeron
hic duos fontes scz Jor et dan per
Jor quod interpta fluui et riuulus
designa pmo aduentus qui e in carne
quo apti sunt nobis riuuli graciaru
et profluxit fluui aque vive p dan
qd interpta iudiciu significa scdus
aduentus qui erit d iudicium Jermine vino
Dan audit tubis e fremitus Et q timor
pcedit amore et introducit eum sicud
seta filu Jo pmo poni ewu de scdo
aduentu in quo per signa terribilia
ad timore dni excitemur Scdo ponit
ewan^a de pmo aduentu quod p tante
dignacionis indicio ad amore sui
sanctus puocamur in ewo^o scde dnice
Cum audisset Johanes Et adhuc scda
ps diuiditur in duas pmo po ewu
in quo precursor dni de xpo futuro
testificat et informat mittes discipulos
suos Scdo precursor aduentu ei^9

que iam aduenerat testifica in ewo^o
tcie dnice Miserunt iudei Et hc scda
pars diuiditur in duas qa pmo pre
cursor aduentu dni testifica cora
paucis Scdo testifica coram multis
in ewo^o qrte dnice anno xv^o Jste pma
illaru diuiditur in tres zm tria ewan^a
istius ebdomade pmo eni prescribitur
testificatio cora paucis sicut phariseis
sacerdotibus et leuitis Secundo describitur
angeli annunciacio facta in ewo^o virgini
quarte ferie ibi Missus e Tercio de
scribitur Elizabeth pphacio in ewan^o
sexte ferie Exurgens maria Et hec
omnia tria testificantur aduentu xpi
licet non eo ordine gesta sunt quo
ewan^a ordinantur et hc ro e racio
in ewan^is et in textu ewangeliorum
ubi ewan^te plura scribunt parum
pacione possut ille tres ptes sic di
uidi quia pmo describit testificatio
Johanis de xpo quo iam venit in
quadam obscuritate generali dicens
medius autem vestrum stetit Scdo ut hc
magis credatur describit in spali mo9
ibi Missus e Tercio ad maiore eui
denciam istius modi subiicitur eliza
beth vaticiniu et iohanis gaudiu
de xpi pncia corpali ibi Exurgens
maria Deinde sequit 2a pars aduo
cuo que diuiditur in duas quia primo
ponit precursoris publica pronunciacio
Scdo ne d' eo q in pronunciauit aliqui
sit dubiu subicit nutritoris testificacio
seu testificatio ut videntes p q qui ille q
sunt familiaris virgini et puero et
tm intendebat sicud de statu virginis
fuerat plene certificatus xpm esse salua
torem mundi et nos certificatos eum
estimare Scda ibi in ewan^o vigilie
cu eet desponsata Deinde sequit illa
pars Exyt edictu in qua agitur de
xpo iam nato que diuid in duas pmo
ponit ea que gesta sunt in hora
dnice natiuitatis Scdo describunt tria
que acta sunt circa pueru in testio^m
vere diuinitatis sue et humanitatis ibi
in ewo^o dnice infra octaua Erat
ioseph et maria pmam tres zm
tria ewa^a diei illius In quo e pma

describitur partus virginei oportunitas
in 2a parte pastorum laudis simplici-
tas ibi pastores / in 3a describitur nati
infantis nova dignitas ibi In prima
erat vir / Illa pars erant ioseph divi-
in quatuor primo prefertur testium nato
puero per prophetiam oraculi revelatorum
scilicet simeonis et anne Secundo per preci-
rcumcisionem et nominis impositionem ibi
postquam Tertio per stelle apparitionem et ma-
gorum oblationem ibi Cum natus esset ihesus
Quarto per templi intret pueri actua-
lem demonstrationem ibi Cum factus esset ihesus
et hec est summa prime partis in generali

Erunt signa in sole luna
et stellis et in terris pressura
gentium pre confusione sonitus
maris et fluctuum arescen-
tibus hominibus pre timore et expecta-
tione que supervenient universo orbi
nam virtutes celorum movebuntur

Principum natalicia consue-
verunt homines antiquitus
cum gaudio magno celebrare
et ad hoc faciendum quilibet
decentius se studuit et actua-
tius preparare // Ex qua consuetudine rationa-
biliter statutum est in ecclesia ut natalem
nostri principis et salvatoris suscepturi
eius adventum quo digne vocatus sit
eius preparemur per aliquot dies devo-
tione debita celebramus Ad huius
autem devotam celebrationem maxime inducimur
tribus primo terroris incussione
Multi enim moventur ad bene agendum
plus timore quam vel amore Tertia in
timore dei declinatur a malo prov. xvj°
In quo consistit principium nostre consol-
quo ad deum unde timor est initium sa-
pientie inquantum per ipsum homo habili-
tatur ad ea quibus quis consequenter
preparatur ad suscipiendum sapientie incarnate
sive incarnate et secundum hoc dicit bernardus
Cingulum quod timoris est preparare locum amori
et quod introducat caritatem sicut seta fi-
lum / Ob quam etiam causam ecclesia cele-
brans adventum domini in carne domi-
niter et in mente qui sunt adventus
amoris simul incitatione facit de officio
de adventu eius ad iudicium qui est
adventus timoris ut videlicet per timorem
inducamur et moveamur ad amorosam
preparationem nostri hospitis quatenus verbo
eternali de nobis suscepto dicamus cum
propheta A timore tuo domine concepimus et
parturivimus spiritum salutis ysa. xxvj° Ethe
est una ratio quare illo tempore administrem-
aliqua de officio de secundo adventu videlicet
propter timoris incussionem Et est alia ratio
propter utriusque hominis reformationem erit ma-
gnat Theo. sicut primus adventus fuit
ad reformationem animarum ita secundus erit
ad reformationem corporum Secundo maxime du-
cimur ad sue maiestatis notificationem
Ex consideratione enim maiestatis et glo-
monemur ad exhibitionem honoris
et reverentie viri presto afferte domino
gloriam nominis eius Causa redditur
ibi vox domini super aquas
deus maiestatis intonuit etc. Quan-
to enim princeps fuit in maiestate glo-
riosior tanto suo natalicio debetur
maior honor Tertio maxime inducimur
a premii pollicitatione: quanto enim
maioris boni premium a principe
expectatur tanto eius natalis iocundius
celebratur Exultant enim filie syon in
rege suo quia beneplacitum est ei in
populo suo // Hec enim tria in parti euvangelio
denotantur quasi breviter convenienti
ordinatur etiam ut in principio adven-
tus hoc evangelium legatur Et nota dividitur
in tres partes in quarum prima ponitur
creature mundi universalis conturbatio
timoris incussiva In 2a ponitur ma-
iestatis nostri principis iudicialis
apparitio honoris et reverentie indu-
ctiva ibi Et tunc videbunt filium hominis
In tertia ponitur electorum finalis consolatio
spei et confidentie creativa ibi His
autem Circa primam partem est sciendum
quod appropinquante iudicio in ordine crea-
ture apparebit turbatio universalis
universitas autem creature reduci-
tur ad quatuor genera videlicet ad illam cele-
stem elementalem corporalem et intel-
lectualem Et secundum hoc illa prima

pertinentes subduntur quatuor quia tangitur
primo turbatio nature celestis sive
corporalis secundo creature elementalis ibi Et
in terris pressura gentium tercio creature
rationabilis ibi Arescentibus / quarto
creature intellectualis ibi Nam vir
tutes celorum mouebuntur ¶ primo
igitur describitur turbatio in natura
celesti videlicet in sole luna et stellis in
quibus erunt aliqua signa appare
ntia insolita et nature sue respectu re
pugnantia Et id dicitur signa dicat
ergo Erunt signa in sole et luna et
stellis Solem et lunam tanquam duo
precipua luminaria nominat Et nota
sicut hec luminaria in principio mundi posita
fuerunt in firmamento ut essent signa
et tempora per sue lucis manifestationem
durante mundo iuxta illud Gen primo
fiant luminaria in firmamento celi et
erunt in signa et tempora Item eadem
finiente mundo erunt in signum finis
per sue lucis occultationem Notandum
etiam quod sicut predicta luminaria sunt
signa naturalium effectuum secundum suas
naturales operationes Sic et olim fue
runt signa gestorum supernaturalium
secundum suas quasi naturales imitationes In signum
enim diuine potentie inimicorum debella
tione sol stetit ad verbum Josue Josue
x° In signum diuine clementie et peccatorum
propiciatione sol retrocessit decem gra
dibus tempore Ezechie ysaie xxxviij° In
signum mortis iusti et passionis
sol obscuratus fuit christo paciente
et moriente Luce xxiij° In signum
mundane malicie propter scelerum persequutores
percussa est tercia pars stellarum vel reuela
tum sancto Johanni apocalipsis viij° et re
fertur ad scelerum persequutores per solem
lunam et stellas secundum diuersos status
designatorum ut in sequentibus patebit
Demum in signum iudicii et extreme
animaduersionis et consummationis sol obscura
bitur et luna non dabit lumen suum
et stelle cadent de celo math xxiiij°

Et dicuntur signa quia signabunt lucem
celestis consumationem et regis sine fine et
nomini regis aduentum hic consurgunt
plura dubia primo de eo quod dictum est
quod in omni creatura turbatio apparebit
quod non videtur conueniens cum iudicium
illud solum extendatur super hominem
qui solus iudicabitur non autem alie crea
ture Ad quod dicendum quod conueniens
est tunc omnem creaturam turbari ex qua
tuor causis prima est cum omnis creatura 1
corporalis sit propter hominem facta conue
niens est ut ipsa compatiatur omnem crea
turam Secunda est ut dicit Aristoteles Sicut 2
homo cum moritur patitur fantasias et
turbationes magnas quia homo est minor
mundus sive minor mundus: sic maior
mundus deficiens totus turbabitur
modum enim deficiendi in maiori mundo
et minori mundo accipere oportet Tercia 3
causa est propter hominis punitionem conue
niens est per que quis peccat per
hec punietur Sapiencie xj° Et quia homo
peccat abutendo creatura mundi Ideo
creatura suis nocumentibus cum torque
bit impios id est Sapiencie v° pugnabit
pro eo orbis terre contra insensatos
Quarta causa ut manifeste ostenda X
tur vehementis demonstratio aduentus omnis
creatura contremiscat ut dicit Malach
iij° Et quis poterit cogitare diem ad
uentus eius aut quis stabit ad ui
dendum eum Item dubitatur specialiter de
istis luminaribus qualia signa in eis
apparebunt cum hoc littera euangelii non
exprimit Et sciendum quod Math hec signa ma
gis exprimit cum inquit sol obscura
bitur et luna non dabit lumen suum
et stelle cadent de celo math xxiiij°
Ex quo apparet quod signa in sole et
luna erunt signa obscurationis Et
tunc insurgit dubitatio qualiter huiusmodi
obscuratio sit intelligenda cum alibi
dicatur quod in iudicio erit lux lune
sicut lux solis et lux solis erit se
ptempliciter Item impossibile est
solem et lunam insimul eclipsari
in eodem tempore cum eclipsis solis fiat

fieri in novilunio et lune implem
liunio. Tercio dicendum quod de istis luminaribus
1 ante iudicium possumus loqui tripliciter. Primo quantum
tempus propinquum ante iudicium et sic est
verum quod hic dicitur quod sol et luna
obscurabuntur et hoc potest intelligi du
pliciter. Uno modo per aeris obtenebra
tionem que tam densa erit quod lumen
solis nobis non apparebit tunc quia
erit diluvium ignis qui ardebit ad con
summacionem mundi et ex magno fumo
elevato obscurabitur superior pars
aeris. Secundo alio modo potest intelligi per su
luminis privacionem divina virtute in
significante in penam et terrorem peccatorum
qui eorum luminositate sunt abusi sicut
egiptiis in plaga date sunt tenebre
ita ut palpari possent Exodi x
xii° et hoc est quod dicit Johelis secundo
sol convertetur in tenebras et luna
in sanguinem antequam dies domini magnus
et horribilis veniet et illud fuit
tercium ut dicit glossa ante iudicium. Aliter
2 In iudicio possumus loqui de istis quantum ad
istud momentum iudicii et tunc non est
credibile quod obscurentur sive luminis
privacionem quia totus mundus illu
strabitur Christo adveniente possunt
tamen dici obscurari illa luminaria
dupliciter. Uno modo secundum Origenem
et Jeronimum in comparacione maioris
lucis supervenientis in hora obfusca
buntur. Secundo quia in gloriosa Christi appa
ricione tantus erit eius fulgor
et gloria ut sol et luna lumine suo obscu
rari videantur sicut stelle non apparent
sole oriente et lumen candele non
lucet in die. Huic alludit quod dicit
Origenes super illo verbo Mathei xxiiii° Tunc
apparebit signum filii hominis in celo
sicut mox in dispensacione crucis sole
deficiente tenebre facte sunt in universa
terra. Sic et filio hominis apparente in celo
deficient luminaria solis et lune et stel
larum quasi consumpta et in hoc sensu

potest accipi illud Ysaie xxiiii° Erube
scet luna et confundetur sol cum re
gnabit dominus exercituum. Aliter secundo Ra
banus potest intelligi ita luminaria tunc
obscurari sive luminis privacione sicut de
sole factum est in tempore dominice passionis
ut pacto iudicio maiori lumine
donentur. Tercio de hiis loqui possumus
secundum statum post iudicium et adimplebitur 3 post iudicium
illud quod per allegatum est Ysaie xxx°
Erit lux lune sicut lux solis et
tunc illa luminaria non obscurentur
sed donentur. Juxta illud Ysaie lxv° Ecce
ego celos novos et terram novam
que tunc donantur per dicta quia clarius
obscuratio nequaquam hec luminaria ma
ioris lucis cumula parcent ac per
hoc dicantur minorari vel priori lumine
spoliari et ad secundum obiectum patet predicta.
Ad aliud de eclipsi dicendum est quod ille De Eclipsi
eclipses non erunt naturales sed miraculose Solis
et differunt ab aliis eclipsibus tum quia
erit universalis: tum quia diu
durabit: tum quia eclipsis solis non
fiat per lune interposicionem sed per lucis
carenciam sole privato suo lumine. Item
queritur secundo de defectu lune quia dicit Lune
Johel: luna convertetur in sanguinem
quomodo hoc est intelligendum. Dicendum est
quod luna habebit sanguineum colorem
et hoc erit quoniam propter quatuor causas 1
Prima quia ut credatur quod ille cuius san
guis donatur effusus est pro peccatori
bus tunc est mundum iudicaturus. Secunda 2
est propter sanguinem humanum quod multum
effundetur ante diem iudicii. Surget
enim gens contra gentem et regnum ad
versus regnum Mathei xxiiii° Tercia 3
causa est quia timeant hii qui divinum
honorem lune dederunt sicut genti
les cum ydolatre reliquarum adhuc
tenent quidam christiani signantes se visa
luna et salutantes eam ac alias hu
iusmodi observaciones sectantes. Quarta 4
causa est propter vocacionem peccatorum qui
per sanguinem intelliguntur quia cum
stulti et sanguinolenti peccatores in

sit mundo ad instar lune semper de defectu
in defectum mutantur ideo etc luna san
guinea apparebit ad designandum quod
sicut sanguis fit in luna sic peccata
perpetrata penetrat uniuscuiusque conscientiam
sicut erunt manifesta abscondita cordi
um Item quinto queritur de casu stellarum in
de Casu Stellarum
qualiter hoc sit intelligendum cum substan
tia eorum sit incorruptibilis nec etiam
videtur possibile eas posse cadere in terram
ut dicit Augustinus cum omnes aut plures
eorum sint maiores tota terra quo
cadent in terram cum eorum multitudinem terra
capere non posset Respondetur quod stelle di
cuntur cadere pronomine proprie et sic dicuntur
1 cadere tripliciter vel igneas comas
emittendo tunc enim omnia sidera sta
cionaria et erratica magnas de se
comas emittunt ut venientem indicent
2 iudicis adventum vel lumen suum re
trahendo ita quod per aliquos dies an
te iudicium stelle lumen suum retrahent
ut non videantur secundum Rabanum et quod
non apparebunt tanta erit obscuritas
ut credent homines eas cecidisse et
secundum hoc ubi Matthei dicitur Stelle cadent de
celo Marci dicitur Et stelle celi erunt deci
dentes id est lumine carentes ut exponunt
Rabanus et Iohannes primo dicitur stelle re
traxerunt lumen suum Alio modo stel
3 le accipiuntur similitudinarie secundum quod stelle
dicuntur impressiones in aere sicut nunc
videntur assub quod est impressio ex
vapore calido et sicco generati ut dicit
Aristoteles in metheororum huiusmodi stelle
videntur cadere et tunc in aere tales
impressiones habundabunt et virtute
stellarum et vi caloris ab igne ultime
conflagracionis generate in tantum ita
quod omnis multitudo stellarum videtur cadere
et fiet hoc pro tanto ut venientem iudicem
precedent signa inflammacionis mundi
iuxta illud psalmi Ignis ante ipsum precedet
De quo igne signantur Respondeo quod virtute
divina non solum ignis qui est in supra sua
spera sed etiam omnis ignis qui est in terra

et super terram continetur ad mundi confla
grationem et habebit ille ignis conflagrationis
officium quadruplex ignium videlicet ignis infernalis
ad reproborum punitionem ignis purgatorii
ad bonorum purgationem a venialibus
peccatis ignis celestis ad vegetabilium
et sensibilium consumationem et humanorum
corporum incineratorem et ignis elementaris
ad elementorum subtiliationem et renovationem
eorum dispositionem hoc itaque igne facies
terre ita exuretur quod peribit figura huius
mundi sicut olim per aquas diluvium
Tertium sunt allegorice signis in sole beata
virgo in luna in stellis apostoli designantur
in quibus omnibus in adventu ubi
in carne fuerunt signaque mira et
stupenda in fine in sermone erunt signa
deducuntur Moraliter per solem status per
fectorum designatur eorum enim est ad modum
solis influere et alios illuminare Ecclesiastici
xxvii Sol illuminans per omnia respe
xit per lunam status proficientium desi
gnatur ad quos pertinet exterioribus
creaturis virtuose que sunt cum mutabili
tate humanorum actuum insistere in similitudine
lune que secundum astrologos inter plane
tas specialiter habet influentiam super muta
bilitate et disposicionem humani corporis
unde de homine disposito dicitur Ecclesiastici xxvii
Stultus ut luna mutatur // per stellas
nec stabilis insipientium accipiuntur ad quos
pertinet peccata preterita plangere et cavere a
peccatis futuris Stelle enim emissione ra
diorum aerem impurum depurant et eius
virtute auferuntur animalia insidia pesti
lentie corruptibilia ut dicit Alfrabius
unde Ecclesiastici l° Quasi stella matutina
in medio nebule sic depurans ipsam ne
bulam sic gratia iustificans depurat
animam penitentem // in quolibet enim istorum
statuum ut verbum eternum concipiatur in
mente debent tria signa concurrere
In sole namque ad perfectos dicit esse signi
ficationis et hoc triplicat primo perveniat
in deo stabilitionem ne variis cogita
cionibus evagetur psalmista Iacta cogitatum
tuum in domino etc Nam sicut dicit abbas
Serenus in collationibus patrum Anima valde

miqz pt onerosa pressure sz nunc e ca-
pria nobilis de eisthe mst pus
creat aquod fixu ubi suos creat
motus et distat qd matias sue
memorie debeat prepare eta quas suos
volatus indefessos exercat et ibi mo
riendi robur acquirat: Sic stabat
maria magdalena plorans admo
inmicetu super quo verbo dicit origenes
Maria tota dextressu mentis posita
nulla recepit consolationem et ad nullu
attendit consolatore sz intra se cogi
tauit dicens proch dolor qualis e ista
visitatio dolorosa sunt mihi omnes
consolatores qui nunc me et non consolantur
nec ego quero creaturam sz creatore meum
et ideo grauis e mihi audiendi omnis
creatura / Scdo per adiui constanciam
sic stabant apli et martires de qui
bus dr mat dei steterunt reges et
principes etc vnde de sancta lucia legitur
qd stabat immobilis Tertio per virtutem
vacationem ps stantes erant pedes nri
in atrys tuis ierlm per atria intelligitur
prerequisitaque vite eterne in qua celebratur
contemplatio vi etiam ut inferius probatur in
hiis atrys pedes idest vires mentis
debent stare idest vacare expectando
aduentum vbi non quid sedere vel
iacere sz stare Inde est qd in vita beata
mens debet sedere vel iacere quia ibi
e commoda quies sz in hac vita que
via e non conuenit omnino stare quia
hic ita prope stare nulle in contemplatione
vel raptu adhuc sumus viatores
et instat restat de via angustia veniamus
adherendo et ad illam triplicem stacionem
hortatur nos aplus ad philippenses iiiio sic
state in dno karissimi Scdo in hoc sole
debet apparere signum retrogradationis
per contemplationis et actionis alternacionem
Ezech i Animalia ibunt et reuertebantur
animalia idest sectatores eorum et predicatores
vadunt ad vitam contemplatiuam in qua
qz diu morari non preualet reuertitur

ad actiuam etc in Ezechiele iiii Tertio debet
apparere in hoc sole signum obscurationis
proprie ysle per oncidas exinanitionis
ut in suis oculis in se se reputet
sic semetipsum obscurat Apoc xia ad
Rom xiio Ego sum minimus aplorum
In luna quidem ad perfectos debet
apparere signum sanguinee conuersionis
per passionis xpi magnam recordationem
vn talibus dicit dns per prophetam Treno
iiio Recordare paupertatis meo et
inde dicit homo illud quod sequitur
Memoria memor ero et tabescit in
me anima mea // In stellis non cognitum
ad incipientes debet ee signum tamquam
et proprie directionis per defectum culpa
bilium et humilem recognitionem de quo tamen
pt exponi illud pu xxiiiio Septies
in die cadit iustus et resurget in
stibus et hoc per graciam dei omni tempore
que per numerum septenarium intelligitur
et dimittitur qd dicit cadere per gratiam recog
nitionem et tunc semper post casum resurget
per diuine inspirationis subleuationem
quociens enim quis pro suis defectibus
ingemuerit tociens diuine inspirationis
graciam sibi amplius cumulabit Hec
autem signa facit in quolibet statu non
est ex nobis sed ex superinfluentia
diuine bonitatis ideo sap orat Eccli
xxxvio Miserere mei deus omnium et
ostende nobis lucem miserationum tuarum
et sicut dicit Innoua signa et immuta mi
rabilia Aliter eadem pt moralizari prout
particulariter intelligatur per solem mentis
rationabilem in qua consistit virtus diuine
ymaginationis per lunam sensualitatem
vel rationem inferiorem et stellas
opera nostra virtuosa intelligantur Et
tunc hoc fidelis anima ad mentalem diue
tionem vbi bene disposita intelligitur pt
per illam mulierem de qua dr Apoka
Et mulier erat amicta sole et luna
sub pedibus eius et in capite eius
corona stellarum duodecim Et dr mu
lier amicta sole quo ad mentis rationalem
claritatem et luna sub pedibus eius
quo ad inferiorem portionem sensualitate

et in capite eius corona stellarum
duodecim quo ad imitacionem multiplicatur
In hiis dicunt apparere tria signa ut ad
acceptionem ubi mens vera sit ydonea.
In sole dicitur in mente dicitur esse signum inne
ate ymaginacionis et divine representacionis
in tali signa legitur Exodi xvi° cum
incaluisset sol liquefiebat manna quia
cum mens incalescat per divinam inspiracionem
compassione quantum ad memoriam per divine
vitatis contemplacionem quantum ad intelligenciam
per divine bonitatis dilectionem et fruicionem
quantum ad voluntatem utique partibus ymagi
nis sit convenienter aptatus liquefit
manna id est dulcedo ubi etiam resolvitur
mente et intimus degustatur. In luna
non spiritualitatis dicitur signum debite sub
iectionis ut spiritualitas subsit menti sed
mens deo et quia hoc signum ut debuit
resplenduit in primo parente [illegible]
e in violacione totius posterioritatis ut
quod primus homo de lege nature [illegible]
propter iusticie originalis carenciam [illegible]
in eo sit velud quoddam signum propter
fomitis rebellionem et hoc est quod dicit
et luna sub pedibus eius scilicet mentis
Primo causa [illegible] est in luna [illegible] que
semper obsequitur soli respiciendo
[illegible] partem sui ad recipiendum
lumen. In stellis idem in clemencia dei
esse signum victorie et super erogacionis
Apocalipsis ii° Qui vicerit et custodierit
opera mea dabo ei stellam matutinam
id est premium coruscans multo operum
electorum. Hec stella idem luminositas bonorum
operum numquam tendit ad occasum sed semper
erit de mane quasi de novo oriri in
cipit iuxta illud Ecclesiastici xviii° Cum con
summaverit homo tunc incipiet. Item sicut
stella cum sit magna tamen parva apparet
sic opera vera virtuosa quantumcumque magna
sunt et excellencia tamen parva dicunt esse in
oculis eorum unde dicitur primo Regum xv
cum esses parvulus in oculis tuis caput in
Israel factus es. Item sicut stelle in nocte
lucent et in die latent sic etc.
tia vera virtus latet in prosperis et eminet
in adversis. Deinde cum dicit Et in terris pres
sura gencium describitur secunda turbacio in
creatura elementari [illegible] dicit plura li

propter divisiones eius partes licet sit una terra
ut probatur de celo et mundo. Dicit hic pres
sura afflictio et angustia primo Regum
xxv° Invenerunt te mala tua et premunt
te angustie. Luce xxi° Surget
gens contra gentem. In fine enim mundi
magna erit pressura gencium cum gens
contra gentem opprimet gentem et propter hoc tunc
multi tyranni consurgent et [illegible] pre
[illegible] possumus prope esse finem mundi
quia hodie videmus tyrannos sibi usur
pare terrarum dominia. Alio modo potest
intelligi pressura gencium quia tenebre
ita erunt horrende ut homines se mutuo
se videre non possint et quod erunt ter
remotus magni et inchoamus sonitus
maris terribiles homines attoniti vole
ntes quasi fugere discurrendo se invicem
premunt ut ruat unus super alium
Ysaie iii° Corruet populus vir ad virum
unusquisque ad proximum suum et hec proprie
pressura dicitur quasi premens. Et hec pressura
erit maxime in locis maritimis ideo
dicitur pre confusione sonitus maris et
fluctuum. Sonitus maris potest dici confusio
primo quia mare insolito modo terribiliter
fremet et littus maris vehementius
agitabitur tempestate. Iuxta illud Ysa
Ego dominus conturbo mare et fluctus eius
[illegible] conturbabat profundum
maris sonum fluctuum eius quis sustinebit
Alio modo potest dici confusio sonitus maris
quia omnino [illegible] assuetus fremitus
eius et ulterius non audietur. Et utrumque
tangit Ieronimus inter illa xv signa pre
cedencia iudicium. Nam uno die elevabunt
fluctus maris super cacumen
altissimorum moncium. Alia autem die de
primetur mare usque ad profundum ut vix
ab humanis oculis videri sufficiat vo
rago eius. Cetera autem excellens xv signis
pono hic obmisi quia in libris communibus
habentur. Potest eciam hic exponi [illegible]
ut dicatur pre confusione sonitus maris et
fluctuum quia sonitus maris tam hor
ribilis erit quod confundet homines audien
tes eius sonitum ut videntes eius flu
ctus. Deinde cum dicit Arescentibus
hominibus describitur tercia turbacio in

creatura corporali scilicet in homine arescentibus scilicet deficientibus a vigore suo corporalis scilicet virtutis et caloris. In illis diebus efficientur homines aridi et simplici vel amentes ut etiam Jeronimus tangit in illis xv signis et causam huius ariditatis subiungit dicens pre timore et expectatione, pre timore scilicet malorum presentium et expectatione malorum adhuc restantium: timor enim causat tremorem et ariditatem quia membris currente sanguine ad cor ut dicit Proverbiorum xvii°: Spiritus tristis exsiccat ossa. Quia magnus timor et expectatio supervenient universo orbi q.d. Nec natio nec provincia excludetur ab illis angustiis unde tunc quelibet creatura dicere poterit illud: Ex omni parte premunt me angustie. Deinde ponitur turbatio in creatura intellectuali scilicet in angelis cum dicitur: Nam virtutes celorum etc. q.d. Non est mirum si homines de tanta commotione et timore arescent, quia virtutes celorum scilicet angeli movebuntur. Et tamen licet nomen virtutum sit speciale nomen conveniens uni ordini angelorum in compositione in de celesti Jerarchia, hic tamen ponitur ut communi omnibus angelis et specialiter motoribus orbium qui dicuntur celestes virtutes quia sicut virtus inferiorum reservatur in corporibus celestibus sic virtus corporum celestium in suis motoribus. Dicuntur autem virtutes moveri sicut ministri movetur cum dominus suus. Crisostomus: In rege terreno ad expeditionem surgente totus exercitus commovetur et tota civitas, sed quanto magis rege celorum surgente ad iudicandum vivos et mortuos virtutes celorum movebuntur. Terribiles ministri terribilem dominum precedentes ante ipsum fulgurantia precedunt per nubes horrida tonitrua vero magna vox cui omnia obediunt elementa que potentia findunt inferos aperit vincula mortis dirupit. Hec Crisostomus. Iste autem motus erit quatuor modis. Uno modo quia movebuntur quodam motu admirationis videntes autem mystatos effectus accidere preter naturalem

ordine ut dicit Augustinus. Et ut exponit magister in Sententiarum libro iiii° dist. xx. Sed con-admiratio provenit ex ignorantia ut patet in prohemio methaphysice, scilicet angeli non sunt ignorantes; quid enim est quod nesciunt qui videntem omnia vident ut dicit Gregorius. Ad hoc dicendum: licet angeli deum videant non tamen ipsum comprehendunt ideo de eis necessaria est pro respectu aliquorum de quibus illuminari dicuntur alter ab altero et omnes a deo. Secundo move- 2
buntur ad peccatorum vindictam et separationem. Tunc enim exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum Mathei xiii°.
3 Tercio dicuntur moveri quia transibunt de invisibilitate ad visibilitatem quia tunc angeli hominibus visibiliter apparent sive apparebunt et tunc timebunt homines videntes officiales summi iudicis. Unde Gregorius in moralibus: virtutes celorum ad cumulum districti iudicis visibiliter apparebunt ut a nobis districte exigatur hoc quod nos invisibiliter conditor equanimiter portat et tolerat. Quarto 4
movebuntur propter status et officii sui amotionem quia tunc amovebuntur ab eis officium in movendo celos regimen; quidam eorum dominantur regnis et provinciis quidam civitatibus, tunc non. Unde prima Corinthios xv°: Evacuabit omnem potestatem et virtutem ubi dicit Glossa: Dum durat mundus angeli angelis, demones demonibus, homines hominibus presunt ad utilitatem viventium vel deceptionem, sed tunc omnis prelatio cessabit quia necessaria non erit. Quinto 5
dicuntur moveri ex magno timore. Videbunt enim totum orbem iudicari et Luciferum qui eorum princeps fuit, unde magnus eis erit timor. Job xli°: Cum sublatus fuerit ruine scilicet Luciferi commovebuntur omnes angeli cum viderint eum in infimum scilicet deo. Quo angeli tunc timebunt tamen timor sic mali possibilis non confirmati nullum est possibile sed ipsi habundantia perfruuntur.

malorum timore sublato ut dicitur primo
c°. Hic dicunt quod hic malum quod est a deo
non subiici et ab ipso separari angelis
est possibile per naturam propter flexibilitatem
liberi arbitrii sed non est eis possibile
propter gratie confirmationem et glorie perfectionem
consideratione ergo sue nature angeli
timebunt non timore pene uel pertur-
bationis pauoris sed horrore diuine
uindicte Job xli° Cum sublevatus
fuerit timebunt angeli. Unde sicut si
aliquis super montis supercilium existens
quodammodo terretur ex combustione
ville uel ciuitatis alicuius sic quodammodo
celestes ille virtutes pauebunt in
illa terribili ultione. Quid ergo fa-
ciet virgula deserti cum contremiscunt
cedrus paradisi. Est etiam in angelis
timor timor reuerentie et admira-
tionis quia semper admirantur tantam
dei maiestatem eis incomprehensibilem
de illo timore dicitur Job xxvi° Co-
lumpne celi contremiscunt et pauent
ad nutum eius super quo Gregorius dicit in
xvii° moralium Ipse namque virtutes cele-
stium qui hunc sine cessatione conspiciunt
in ipsa contemplatione contremiscunt. Moraliter
celorum virtutes non admiserit in quibus
deus per gratiam contempli et in quibus
habitare dignatur possunt intelligi de quibus
dicitur Ysaie xvi° Celum mihi sedes est anima
iusti sedes est sapientie huius celi vir-
tutes sunt anime vires. Dicit autem
in aduentu ad iudicium virtutes celorum
corporalium mouebuntur. Sicut in aduentu
ubi etiam in mente omnes virtutes et
potentie anime mouebuntur ad operandum
super precedentibus de hiis in sermone

Tunc videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum
potestate magna et maiestate
Et est tertia pars principalis
in qua exprimitur Christi in
iudicialis apparitio honoris et
reuerentie in iudicium. Et tan-

guntur hic quatuor per ordinem primo tangitur
iudicis manifesta apparitio Tunc vide-
bunt. Tunc illud sibi soli notum est
que sunt ventura secundo iudicare
scilicet cum premissis omnibus completis
videbunt scilicet omnes omnes boni et
mali homines cuiuscumque conditionis
fuerint corporea in ... Et videbit eum
omnis oculus et qui eum pupugerunt.
Triplicem visionem distinguit beatus
Augustinus in libro super Gen. ad literam scilicet
corporalem que fit oculo corporali spiritualem
que fit oculo spirituali idest in ymaginatione
et intellectualem que fit in intellectu. In die
enim iudicii videbit Christum omnis oculus
non solum oculus ymaginationis uel oculus
mentis sed etiam oculus corporalis. Secundo
ponitur iudicantis forma et condicio
in qua scilicet forma se ostendit filium hominis
idest filium virginis qui iudicabit in
forma humane nature de virgine as-
sumpta. Et notandum quod licet communiter tali-
ter nomen homo sit commune omnibus et conueniat
utrique sexui uulgariter tamen apud latinos
sexus dignior hominis nomine appel-
latur sed speciale est debitum virgine que
quia fuit primarium dignificationis humane
nature qui vicium mulieris reparauit et
pro tanto mulieribus excellentior
existit. Ideo mutato nomine honorifico
communi nomine mulieris appellatur
Dicitur etiam Christus filius hominis non
autem hominum ad distinctionem aliorum qui ex
utroque parente gignuntur. Christus non in-
venit parentem humanum in terra sed in celo unde
dicit se habere patrem. Etiam non dicit se fi-
lium dei sed filium hominis et hoc rone
humilitatis quod est contra illos qui semper
volunt se a digniori denominari uel
etiam quia ipse iudicabit in forma
dei sed hominis rone humilitatis appellat
se filium hominis non filium dei. Notandum
etiam quod dominus iudicabit mundum in forma
humane nature propter tria primo quia sic
venit in forma humana hominem redi-
mere quem scilicet homo ipsum Christum in eadem
forma iniuste condempnat ita ipse in eadem
forma eum iuste iudicabit. Unde in psalmo

Deus iudicium tuum regi da ps° ad con
2 fusionem iudeorum qualiter videntes se
iudicari ab homine quem credere noluerunt
confundentur ysaie in° quid eum perient
et confundentur Tercio ad penam reproborum
3 videntium se iudicari non ab angelo
sed ab homine et ad gloriam electorum vide
ntium in iudice humanam naturam excellentis
sime exaltatam Sed quia dictum est quod xpus
homo iudicabit pro huius saniori
intellectu est sciendum quod est multiplex iu
dicium sicut distinguitur in quadam magistrali
expositione super illud ysaia Cor stulti
fili nescitur quod sancti de hoc mundo iudica
bunt Est enim iudicium primarie auctoritatis quo
1 iudicabit tota trinitas ps° Cum accepero
tempus ego iusticias iudicabo Est
iudicium promulgationis quo iudicabit
3 xpus homo de quo dicitur Jo v° pater
omne iudicium dedit filio Est iudicium
assessorie dignitatis quo iudicabunt
3 sancti Sapientie iii° Iudicabunt sancti naciones
et specialiter perfecti de quibus dicitur Math xix°
Vos qui reliquistis omnia et secuti estis
me de quibus dicit Beda super eodem
vos iusta prorsus quedam digna retri
bucio ut qui pro xpi amore mundi
gloriam contempserunt ei in iudicio assideant
et velud assessores iudicii [illegible]
condempnacionis assistent et qui ab eius
amore nulla in hoc mundo poterunt
racione divelli illic cum xpo [illegible]
nisi Est iudicium iudiciarie potestatis Est
x iudicium comparacionis quo minus mali
iudicabunt magis malos Math xii°
Niniuite surgent in iudicio Est
iudicium dispositionis quo iam iudicati
7 sunt infideles Jo iii° qui non credit iam iudica
tus est Est iudicium retribucionis
6 quo iudicabit omnes bonos Math xxv°
venite benedicti patris mei Tercio
ponitur venientis iudicis honorificata
denotatur veniente in nubibus celi
1 Sed contra tunc non erunt nubes quia
aer non poterit ingrossari nec aqua
rarefieri cessante motu celesti quod est
principium alterans que requiruntur ad

nubium generacionem Dicendum est quod ille nubes
miraculose generabuntur et hoc erit
propter tria primo ut in nube veniat qui
in nube ascenderit quia Act i° dicitur
dicunt eo ascendente in celum nubes
eum tulit ita eum deferet Et iudicium
unde Act i° primo dicitur veniet quemadmodum
vidistis eum euntem in celum Secundo ut
corpus in nube videri possit tanta enim
corporis xpi claritas erit quod non nisi in nube vide
ri poterit Caligo sub pedibus eius Et ibidem
nubes et caligo in circuitu eius Tercio
ut sit iudici pro tribunali sedenti Na
cum mira nulla sua perfectio deficit nisi in
iudice pro tribunali sedente Nam tronus seu
tribunal xpi erunt nubes iuxta illud
Dan vii° Ecce in altissimis habito et
tronus meus in columpna nubis Quar
to ponitur iudicis potestas et iurisdictio Cum
potestate magna Quinto ponitur eiusdem
maiestatis coactiva execucio Et ma
iestate hec duo requiruntur in iudice scilicet
potestas et execucio iurisdictionis ut ad
eum pertineat Ro° xiii° [illegible] et constituit
iudicem se me et Eccl vii° dicitur Noli
querere fieri iudex nisi virtute irrumpere possit
iniquitates vel potestas pertinet ad punicionem
malorum maiestas ad premiacionem bonorum
vel potestas potest referri ad humanitatem maie
stas ad divinitatem quam reprobi non videbunt
nisi in effectu et experiencia pene Tho
[illegible] ostendit maiestatem suam in potentem
penalitatem Et non quod maiestas xpi
appareret seu apparebit in honore comitum
cantium vel multitudine celestium spirituum
patriarcharum prophetarum apostolorum martirum
et omnium electorum iuxta illud Zacharie
xiiii° Ecce dominus veniet et omnes sancti
eius cum eo Sed hic dubitatur utrum dominus
debeat videri ab omnibus in iudicio in forma
gloria Dicendum quod sicut quod caput debet confor
mari membris sed membra xpi appare
bunt in forma glorie patet i Cor xv Se
minatur in infirmitate resurget in virtute
Vn ysa xxxiii° Regem in decore suo vide
bunt et hoc etiam colligitur hic ex verbo que

dicit Maiestate vn maiestas quidam
gloriam importat vnde aug' dicit feli
ciam quid fiunt e caro per maie
et maiestas humiliata per carne sed
de hac gla reprobi nullam delectacionem
habent neque sapient sed magis velud
vidi torquebunt vn ysa videant et
confundantur rcta

Hys autem fieri incipientibus
respiciate et levate capita vestra
quoniam appropinquabit redempcio
vestra Et dixit illis similitudinem
videte ficulneam et omnes arbores
cum producunt ex se iam fructum scitis
quoniam prope est estas: ita et vos cum vi
deritis hec fieri scitote quoniam prope
est regnum dei Amen dico vobis quia
non preteribit generacio hec donec omnia
fiant Celum et terra transibunt verba
autem mea non transibunt

Hic ponitur finalis consolacio electorum
tercium considerate et specialiter ex
tima que est tercia pars principalis
ewangelii in qua sponsus electos
erigit explicat prima exhortacione co
solatoria / 2o similitudine manuductoria
ibi et dixit illis similitudinem / 3o assercione
certificatoria ibi amen dico vobis
Circa primum duo facit primo premittitur
monicio exhortatoria / 2o adiungit
causa consolatoria ibi appropinquabit
In primo duo implicantur primum est atte
ncionis excitacio ibi quiddam advertendum ibi
quia dicit / respiciate dicit ergo hys autem
fieri incipientibus ad peccatores tabescentes
pre timore ● expectacione malorum vos qui
estis germinis electi regale sacerdocium pa
petri ii Respiciate scilicet diligentem atte
ncione et levate capita vestra scilicet mentes
vestras gaudiosa expectacione erigite ysa
lx Gaudete cum letitia qui in tristitia
fuistis Nota quod veri spirituales debent le
vare capita per gaudiosam expectacionem
ut hic dicitur levare oculos per clamum
visione et consideracionem ps levavi oculos
meos in montes Item debent levare vocem
per scripture predicacionem ysa lii vox spe
culatorum tuorum levaverunt vocem Item
debent levare manus ad praestandum opa
ps Sic benedicam te in vita mea et in nomine
tuo levabo manus meas: Et hoc est quod ma
xime erigit nos ipse quod dicit primo ma
thei vos nec adorate in omni loco
levantes manus vestras // Moraliter expo
nendo primum hec verba ad themam de fine
pro adventu verbi mentali Respiciate
et levate capita vestra quoniam appropinquabit
redempcio vestra In quibus verbis duo
dicuntur primo inducuntur mentibus dilectis
condigna preparacio ad primum Respiciate
secundo ponitur ubi etiam benigna visi
tacio ad adventum quoniam appropinquabit redempcio
vestra primo sciendum est quod sicut habetur
primo ethicorum In anima considerantur due
potentie scilicet vis apprehensiva et vis appe
titiva secundum quas omnis bona disposicio
anime attenditur vnde secundum quod perfectam vis ap
prehensiva accipiunt virtutes intelle
ctuales sed secundum perfectionem virtutis appetitive
accipiunt virtutes morales et secundum hoc
dupliciter est perfectio sine perfectione quo mens
ad verbum etiam bene disponitur et pera
vit quo apte apprehensiva et quid
ad hoc dicitur Respiciate secundo quo apte
appetitiva et quid ad hoc dicit levate
capita vestra Circa ecclesiam apertem apprehensiva
et intellectiva mens bene disponitur in
duobus scilicet in mandatorum dei ingi
recordacione seu meditacione et superiore
intenta contemplacione de primo quod disponit
ad adventum verbi mentalem ondit beatus
augustinus qui verum requiem quem
post hanc vitam expiamus promittitur
quietis et hic etiam inter amaritudines
vite huius molestias suave iocundum
hanc requiem docimus sicut eius qui ca
promisit precepta diligimus vn Eccl x
xxiiio Nihil dulcius quam respicere
in mandatis domini Et intelliguntur hic
mandata non solum precepta decalogi
sed etiam consilia ad conscientias secundum quod dicit
bernardus super Cantica Sunt mandata que dirig
unt carnalibus animis ex lege vite
et discipline ut sunt quedam dispensaciones
que infirmis et pusillis corde respondent
nunc imponunt // De 2o videlicet quod contemplacio

dissonat quam ad adventum mentalem
patris, infra ubi ostenditur quod adventus
mentalis non nisi contemplativis proficiat
unde Mat vi^o Respicite volatilia celi
quia non laborant neque nent et cetera non
occupantur terrenis quibus sed volant sursum
per eam contemplationem et ibi pascuntur
mentaliter valde suaviter. Item melior est
dies una in atriis tuis super millia
ubi per atrium quod est anterior pars domus
intelligi potest premium psalmistarum quod
habetur in contemplatione. Item ad pre-
dictam appetitivam vel affectivam similiter
duobus disponimur duobus scilicet mentis
ardentis desiderio sursum erectione
et devotis gaudiosa exhilaratione.
De primo quod disponit patet per dictum qui
dicit quod sursum homines reducunt de
vitiis ad virtutes ad consequendum celestia et
divina per sui ascensiones in corde suo disposuit
usque in syon. Sed contra terrena desi-
deria impediunt ut Bernardus super Cantica Justi
quidem pravi desiderii delectationis ter-
re curvati volare non patiuntur et curvus re-
fert mentem, sed forte aliquando sublevatur.
Et hic sursum actio intelligitur per capitis
elevationem, unde et alibi de quibusdam
terre curvatoribus sic dicitur quod nemo illorum
levabat caput. // De secundo quod disponit
patet Philipenses iiii^o Gaudete in domino
semper iterum dico gaudete et sequitur dominus
enim prope est. Et ysa lx^o letare ierusalem et
sequitur ut sugatis et repleamini ab ubere consolationis
eius. Hec enim gaudiosa exhilaratio
notatur in levatione capitis. Tristes enim
incedunt demisso capite sicut legitur de
Achab in iii Regum xxi^o. Item et hester prius mer-
rore non potuit caput levare sed super
ancillam reclinat caput hester xv^o. Sic
fidelis anima pre tristitia longe expectationis
quasi tedio lassa habet caput sed modo et nos
appropinquante iubemur levare caput ad gaudium
spirituale. // Tertio ut dictum est premittitur
anime fideli ubi etiam benignam visitatio-
nem appropinquabit redemptio vestra in quo
ostenditur utilitas ubi etiam adventus men-
talis que est redemptio media amborum ca-
ptivitate qua anima detinetur captiva ut

statim dicetur infra a quibus omnibus
liberabimur per adventum ubi etiam de mente
cum modum possibiliter, scilicet de vita illa de qua
libertate dicitur Jo viii^o Si filius
vos liberaverit vere vos sed in mente ve-
liberi eritis. Perfecta enim redemptio quo
ad omnem servitutem simpliciter erit de alia vi-
ta, ut statim patebit. Nota eciam quod quatuor
sunt genera hominum que non possunt levare
capita sed habent ea depressa ad terram.
Primi sunt senes et valitudinarii
2° desides et pigri. Tertii terrenis im-
plicati. Quarti tristes et melancolici.
Per primos intelliguntur illi in quibus
tepet calor divini amoris mundane vi-
te consuetudine. Secundi sunt qui torpent
ocio tedii et lassitudine. Tertii qui sunt
lucris inhiantes terrenorum cupidine.
Quarti sunt turbulenti et prostrati
mentis hebetudine et hoc potest esse dupliciter
uno modo in malo sicut illi qui in malo
consilio nullum gaudium habere possunt in aliquo
bono spirituali. Alio modo in bono sicut
qui expectandi desideriis fatigati
de adventu ubi etiam quod vix cito non
venit tristantur. Et omnes isti de adventu
ubi etiam debent levare caput. Deinde
ad hoc appropinquat redemptio vestra tribu-
lationis causa consolatoria dicitur. Item
appropinquabit redemptio vestra quasi expe-
ctatis. Sed dicitur a quibus ratione redempti
sunt facta per passionem Christi quomodo ergo dicit
appropinquabit. Dicendum quod virtute passionis
Christi facta est quedam redemptio sed non omnes huius
redemptionis effectus plenarie consecuti
sunt. Adhuc enim gravamur nexibus
carnis quidam enim summus dicto Gitacelo
corporis ingemiscimus et gravamur.
Item de re vero tale tale ut dicitur ysaie x^o Et erit fortitudo ve-
stra ut favilla stupe et opus vestrum quasi scintilla.
Fortitudo vestra sicut dicit glosa
ut taro peruntur subito spiritu mor-
tale habet induerit immortalitatem eorum.
Nota quod multiplici servituti anima de corpore
est subiecta scilicet peccatorum alligatione fomitis
inferiorum sensuum illectionum passionum

infestacionem demonum temptacionum malorum
hominum persecucionem et corporis corrupcionem
ex qua nascitur cura quedam victus et ve
stimentorum et alia quibus subvenimus ne
mortalitati et ab omni tali servitute simul
sumus in glorificacione corporum redimemur
totaliter et perfecte simul cum ut dicitur Romanorum
viii° Creatura liberabitur a servitute corrupcionis
Unde sicut primus adventus filii dei fuit
ad reformacionem animarum ita secundus ad refor
macionem corporum celebrabitur secundum theologos
ut dictum est supra unde apostolus ad Phi
lippenses iii° Salvatorem expectamus dominum ihesum
christum qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis
sue et tunc ab omnibus predictis servi
tutibus liberi erimus malorum timore
sublato quando ponemur in libertatem
filiorum dei: et tunc vera redempcio non
est aliud nisi perfecta recepcio libertatis
corporis et anime et tunc iuste poterit dicere
christo illud Apocalipsis v° Quoniam occisus
es et redemisti nos deo nostro in sanguine
tuo et fecisti nos deo nostro regnum Deinde
cum dicit: Et dixit illis similitudinem manu du
ctoriam more palestinorum qui semper
per parabolas audire gestiunt quod eadem quoque
congruit quando agitur de eminus promissis
que ita alta sunt quod non intelliguntur
nisi congruis declarata fuerint exemplis
et duo facit primo ponit similitudinem secundo ad
aptat eam ad propositum ibi Ita et vos di
xit autem christus illis discipulis non tantum
eis qui dum in hac vita durare debent
usque ad vitam mundi sed in personis eorum
dixit quasi omnibus posteris eorum
credituris quasi unum corpus cum
ipsis cum ipsis Dicitur autem similitudo
una de ficulnea que est ficus prima ficus
pro arbore est feminini generis et sic declina
tur pro fructu autem accipiendo est eiusdem
generis et quarte declinacionis invenitur
tamen aliquando in sacra scriptura ficus pro
fructu in secunda declinacione ut ysaie xxxiiii°
massa ficorum Et in canticis Non erat fi
corum tempus Et arbores omnes quarum
tria sunt genera secundum ysidorum ethimologiarum xvii°
sunt plante maiores arbusta que sunt
novelle plantaciones et frutices qui
sunt arbores modicum a terra elevate
ad producendum ex se fructum q. d. gregorius
Dominica Sicut ex fructu arborum vicina
estas cognoscitur ita ex ruina mundi prope
esse cognoscitur regnum dei / Ecce hic ostenditur
quod fructus mundi ruina dicitur Ad hoc
enim crescit ut cadat ad hoc germinat ut
quecumque germinaverit cladibus consumat
Moraliter homo arboribus assimilatur
et quantum ad ortum et quantum ad occasum
et quantum ad fructum Quantum ad ortum
psalmo Et erit tamquam lignum quod planta
tum est secus etc. Quantum ad occasum
Job xiiii° lignum habet spem quod si precisum
fuerit rursum virescat et rami eius
pullulant Sic homo cum moritur spem
habet resurgendi Et quantum ad fructum
sicut infructuosa arbor excidetur
et in ignem mittetur sic et homo Mathei vii°
Omnis arbor et Luce xiii° dicit de ficu
infructuosa succide eam Item sicut
arbor secus viam non fructificat
sic et homo occupatus circa multa
Mathei xxi° videns fici arborem secus
viam venit ad eam christus invenit
nisi folia tamen Crisostomus impossibile est
arborem secus viam fructus conservatos
tamen servare sic difficile est hominem
circa mundum viventem innocenter conversari
usque ad vitam perpetuam idest finem attingere
Deinde cum dicit Ita et vos adaptat similitudinem
ad propositum dicens Ita et vos q. d. fructificacio
arborum est signum propinque estatis ita hec
erunt signum appropinquacionis regni dei
Notandum quod regnum dei comparatur estati et
hoc convenienter propter tria primo quod estas est 1
tempus lucidum sic et regnum celorum
Apocalipsis xxi° Claritas regni celestis
non eget sole neque luna ut luceant
in ea quia claritas dei illuminabit eam
Secundo estas est tempus fructiferum sic in 2
regno celorum reperitur omnis suavitas
spiritualium fructuum Unde Apocalipsis ultimo Ex utraque
parte lignum vite afferens fructus xii°
per singulos menses ex utraque parte fluminis
sunt tam de vita presenti quam in futura

xpus est sanctus lignum vite sz hic per
degustacoz ibi per fruitoz afferens
fructus xpo ex obseruancia decalogi
cum geminata caritate per singulos menses
idz p singulas etates et status hoim
quia ibi quilz pro statu suo saciabi-
3 Tercio estas est tempus iocundum sic et
regnum dei vn ysaie et venient in
syon cum gaudio et leticia sempiterna
super capita eorum gaudium et exul
tacione obtinebunt et fugient gemi
tus et dolor vn gregorius bn regnum
celorum estati compatur In hac enim esta
te cessabit pluuia lacrimarum ysaie
xxvo. Auferet deus omnem lacrimam
ab omni facie Item est tempus tran
quillum et serenum Sic ibi quia cessa
bit nubilum tribulacionis Thob iijo
post tempestatem tranquillum facis
vn gregorius vbi supra bn regnum
celorum estati compatur quia tunc mer
roris nostri nubila transit Item cessabit
frigus cupiditatum Zacharie iiijo Non
erit ibi neque gelu et frigus de hac esta
te dicit bernardus O beata in diebus plenitudo
splendoris z lucis solis status umbrarum
exinanicio defeccio pallidum fetorum
expulsio O phemie solstitium cum iam
declinetur dies O lumine meridianum O
vernalis species O estiua venustas O au
tumpnalis libertas et neque videatur
preterisse O yemalis quies et firmacio
Deinde cum dicit Amen dico vobis confirmat
premissa assercione certificatoria et duo
facit quia primo dubium remouet, posset
enim dici certum credimus quod veniet tribus
signis ipse sit regnum celorum sz adhuc
dubitamus quando uel qua etate illa signa
sunt futura Ideo benignus magister disci
pulos suos in hoc certificans dicit Amen
dico vobis idz vere q. d. sub iurame
to affirmo vnde et quod vobis dico
glo que dico vobis cum certitudine expe
ctate// Nota quod amen hebreum est
Et ut dicit beatus Augustinus super Jo nec greca
nec latina interpretatur est ausus ipsum
reuerenciam saluatoris qui confirmanda

veritate eo usus est Et sequitur Generatio
non preteribit generacio hec Quod tribus
modis intelligi potest primo ut per hanc 1
generacionem intelligatur generacio immortalis
omnium hominum que non preteribit idest non tran
sibit de mortalitate et statu huius secu
li in mortalitatem donec omnia fiant idest
donec omnia signa predicta fuerint com
pleta De hac generacione dicit Hieronymus De
hac generacio preteribit generacio aduenit preterit
generacio mortalis aduenit generacio immortalis
Aliomodo ut per generacionem istam intelligatur 2
iudaicus populus qui non deficiet nisi
eo vidente omnia hec signa populus enim
ille qui per occisionem et dispersionem non vi
det destrui et annichilari obmemoriam
crucifixi et adhuc sicut beatus Augustinus
exponit versum psalmi intelligens de iudeis
deus ostendit mihi super inimicos meos ne occi
das eos nequando obliuiscantur mei populi
disperge illos in virtute tua Tercio potest in 3
telligi nomine huius generacionis sexta
mundi etas que incepit a xpo et dura
bit usque ad finem mundi et est sexta etas
et generacio hec non est aliud nisi ecclesia
fidelium que non habet finem donec omnia fiant
Ceterum autem generaciones sunt transitorie
Ecclesiastes primo Generacio preterit generacio
aduenit sed generacio credencium perma
manet in eternum et hoc promisit dominus
petro pastori Luce xxijo Ego
pro te oraui petre ut non deficiat fides
tua Secundo addit quandam protestacionem
et assercionem promissorum dicens Celum
et terra transibunt// quod dupliciter legi
potest vno modo quod respiciat clausulam immediate
precedentem de permanencia ecclesie et fideli
quod enim per durat ecclesie et aliarum
rerum mutaciones futuras ne aliqui
suspicarentur quod ipsa xpianitas peritura
foret subiungit Celum et terra
transibunt et est sensus secundum thomam q. d.
Et si cuncta moueantur fides autem mea
non deficiet ex quo surgunt Ecclesia
preferri omni creature quia patitur omnis
creatura alteracionem fidelium vero ecclesia
et verba sancti ewangelij permanebunt
Aliud potest legi ut hec protestacio respiciat

omnia premissa designans futuris et
de appropinquacione regni dei et vulgariter
verba a bore xpi prolata Celum et terra
transibunt que dicuntur
ta valde stabilia et durabilia: transi
bunt id est suis modis mutabuntur ut supra
dictum est verba autem mea que videntur
prolatione transire non transibunt
quo effectum compleantur q. d. Ecce qu-
ta est stabilitas verborum meorum
quia facilius est quod tota natura subvertetur
quam intellectus verborum meorum
maneat incompletus Ipse enim portat
omnia verbo virtutis sue ad hebreos
primo vide 2m greg. licet sermo
xpi prolatione transire videatur
sunt tamen sua via immutabilia Extra primo
Sermo istius veritate plenus est id est
actu complebitur quod signatur per illud
qui est effectivus eius quod exprimit per primum
Et nota quod verum dei a verbis hominum differt
dissimilitudinibus quibus potest intellectualiter
concludi verba dei sine effectu transire
non posse primo in eo quod dicit veritate
Ro. 3 Deus verax omnis homo
mendax Secundo immutabilitate Numeri 23
Non est deus ut homo ut mentiatur aut
filius hominis quod mutetur Tercio in spiritualiter
qui enim de terra est de terra
loquitur qui autem de celo venit super
omnes est Joh. 3o Et ibidem verba que
ego loquor spiritus et vita sunt Math.
8 Tantum dic verbo et sanabitur
puer meus. Quarto in suavitate
Joh. vi Ad quem ibimus loquitur esse
Sexto in utilitate Rom. 10 verba
vite eterne habes Septimo in perfectione
Extra Sermo multa dicimus et deficimus
in verbis: consolator autem verborum
ipse est. Octava in stabilitate vel fi-
xione nam verbum dei non fluit primum
ut sanat 2m quod accidit de nobis ha-
tum fixum manet quod intelligendum
est non de vox vel hominis xpi sed de
verbo mentalis vel verbi beatus August.
ipse nec eadem sunt quod dicitur et dicit
aliud ut posset dici aliud sed simul

et sempiterne omnia alioquin modo
est tempus et mutacio quod eadem
de verbo ewangelico intelligi potest
pro quanto semper manebit instabile
ut hic et dicitur quando adhuc sicut
dubium verum per oppositum sensum
glosa Nam de rebus corporalibus
nichil est durabilius celo et terra
vel transibilius quam verbum sed hic comparata
ad verbum xpi se habent per oppositum
quia omne quod apud nos durabile
videtur esse ad eternitatem comparatum durabile
non est et omne quod apud
deum transire creditur sicut est verbum
fixum sine transitu tenetur et hoc est quod
dicit celum et terra. Nota quod beatus
August. xii super Gen. ad literam
distinguit triplex celum primum aereum
in quo aves volant 2m ethereum
in quo sydera stant Tercium empi-
reum in quo deus et sancti habitant
Primum celum transibit non quantum ad
substanciam sed 2m qualitatem quia renova-
bitur et depurabitur ab igne ultime
conflagracionis sicut terra et aqua
et erit terra in superficie sicut cristallus
Sic eciam celum transibit quia a motu
cessabit et habebit claritatem quam habet
sol et soli dabitur alia claritas
maior et similiter lune et hoc bonum
fiet propter honorem beatorum ut homine
glorificato cuncta conveniant Moraliter
nota quod dicitur celum et terra transibunt
quia mundus iste quantum ad sensum
appetibile transit primo Jo. 2o Mundus
transit et concupiscentia eius huius est quod
quamvis illius mundanis inhereat
ille est in continuo transitu Et pre-
cipue triplicem transitum instabilem
facit primo a culpa in culpam
Sap. 2o Coronemus nos rosis
antequam marcescant nullum pratum sit
quod non pertranseat luxuria nostra
Secundo de culpa ad penam Sap.
2o umbre transitus est tempus nostrum
Tercio a pena in penam Job xxiiii
Transibunt a frigore nivium ad calorem

mundi Bom autem suppletis mundi
et ea que in eo sunt facient triplicem
transitum commendabilem Primo quidem
transierunt a culpa ad penitentiam Genesis
xxiio Transeuntes primam et secundam
custodiam venerunt ad portam ferream
per quam penitencia designatur et hic transitus
designatus fuit in transitu maris
rubri Secundo transeunt a penitentia ad
sapientiam Eccli xxiiiio Transite
ad me omnes qui concupiscitis me
et de sapientia impleamini hic transitus
fuit figuratus per desertum in quo
filii Israel manna gustaverunt Exodi
xvio 3o Transeunt a sapientia ad vitam
eternam Psalmus Transivimus per ignem
et aquam Joh xiiio Sciens ihesus
quia venit hora eius ut transeat
de hoc mundo ad patrem et hic transitus
figuratus fuit in transitu iordanis
quo filii Israel ingressi sunt terram
promissionis Exodi xo Festinavit
populus ut transiret qui hunc triplicem
transitum facit hic est verus hebreus
et celebrat vere pascha vel phase
quod est transitus domini Moraliter
Nota quod sicut transitus celi et terre
corporalis preambulus est adventus
christi ad iudicium Sic transitus celi et
terre spiritualis est actualis ubi cum in
mente Et eum habet duo ex verbis pre
missis dicuntur Primum est ut inspirat homo
condigna dispositio Secundum est ubi cum
benigna visitatio Primum dicitur cum dicitur
Celum et terra transibunt 2m cum additur
verba autem mea non transibunt Circa
primum sciendum est quod per celum et terram
que sunt extrema corpora mundi possunt
intelligi duo extrema anime rationalis
que sunt scilicet spiritualis et corporalis
natura Per celum intelliguntur
anime superiores celum enim habet sublimitatem
in transitu Sic anima quia est
ymago dei sublimior est aliis crea
turis Secundo celum habet varietatem
in ornatu scilicet solem lunam et stellas

varias Sic anima 2m Auctorem super terram
ornata est variis potentiis et virtutibus
scilicet sole virtutis superioris lune virtutis
inferioris et stellis in potentiis sensibus
de quo ornatu anime cum potest accipi
illud quod scribitur Ezech xvio ubi
dicitur Anima adornata est auro et
argento quantum ad potencias intellecti
vas et vestita est bisso et polimito
quantum ad vires appetitivas multis
coloribus quantum ad sensus interiores co
gnitivos et operationes varias Tertio
habet celum perpetuitatem in statu quia perpetuum
et incorruptibile Sic anima ut dicit
beatus Augustinus xiii de ci dei In modo habet
quippe anima mortem suam cum vita ca
ret que vere anime dicenda est sed immor
talis est quia nunquam esse desinit quan
tumcumque misera est // Quarto habet celum
incorruptibilitatem in fluxu quia continue
influit in hec inferiora Sic anima co
tinue influit corpori alioquin corpus
deficeret et expiraret alias adapta
tiones habes infra in sermone virtutes
celorum per terram vero designatur
corpus 4or ratione Primo ratione originalis
corpus enim de terra sumptum est ut patet
Gen ii Secundo ratione nutritionis
nutritur enim corpus ex hiis que terra
gignit ut patet Gen ubi dicit dominus
Ecce dedi vobis omnem herbam afferen
tem semen super terram ut sint vobis
in escam // Tertio ratione locationis
proprius enim locus corporis est terra pomum
Celum celi domino terram autem dedit filiis
hominum // Quarto ratione resolutionis
quia in morte corpus resolvetur in terram
suam ut patet Eccli ultimo ubi dicitur antequam
revertatur pulvis in terram suam unde erat
et spiritus redeat ad eum qui fecit illum/
Igitur adveniente verbo eterno in mente
celum et terram transibunt idest ultra
transibunt quia scilicet extra et supra
omnem statum corporalem hominem elevabuntur
et movebuntur tam 2m animam quam 2m
corpus ut exeuntes veterem hominem
cum actibus suis induamus novum
qui 2m deum creatus est Ephe iiiio

ad quod hortatur apostolus ad Romanos xiii
Induimini dominum nostrum ihesum christum. Reno-
vabitur autem homo secundum animam per
reformacionem ymaginis deformate ve-
tustate delictorum culpabilium. Ad quam
reformacionem anima procedit triplici transitu.
Nam primo transibit ab oblivione
memorie ad acquirendam dei etiam
presenciam per iugem recordacionem.
De hoc transitu dicitur in psalmo: Transibo
in locum tabernaculi admirabilis ubi
intellectu resumendo prudentiam ibidem
que omnia operatur eterne desideranti dei
etiam presenciam. Unde incipit David ipse
dicit: desiderat cervus ad fontes aquarum,
sic anima mea ad deum fontem vivum.
Item fuerunt michi lacrime mee panes et hoc
propter prolongacionem presentis incolatus scilicet
presentis vite sicut enim dicit: heu michi quia
incolatus meus prolongatus est, et sequitur
Dum dicitur michi cottidie in cogitacionibus meis
ubi est deus tuus, tunc presenciam eius desi-
derans et subdit: hec recordatus et effudi
in me animam meam. Gregorius in glosa et sequitur
quia transibo in locum tabernaculi admirabilis
usque ad domum dei. Invenimus presenciam dei
saltem quodam transitu admirabilem
pro possibilitate status presentis sicut taber-
naculum est viatorum habitaculum et ibi in-
habitabo usque ad domum dei id est usque ve-
niam ad domum dei ubi ipsum perfecta
fruicione videam. Sic deum exquisivit
beatus Augustinus primo confessionum ubi postquam
quesivit deum per omnes creaturas cor-
porales et tandem venit contra ipsam cogitacionem
transcendens ipsas ymaginaciones corpo-
ralium intravi inquit ipsius animi mei
sedem que illi est in memoria mea ubi
dignatus es habitare ex quo te didici
et in eo te doceri // Secundo transibit
ab obfuscacione ad contemplandam sapienciam
per luculentam intelligencie perscrutacionem.
Unde Ecclesiastici xxiiii: Transite ad contemplandam
sapienciam quod dicit anima oblita scilicet sui vani-
tatum sensibilium et fantasmatum et in
solius dei contemplacione quiescam.

Unde beatus Augustinus xiiii de trinitate: Cum
attendente anima ad participacionem
nature virtutis et bonitatis illius qua ipsa
natura cui feliciter inheserit immutabile
videbit omne verum. Enim dicit scriptura:
satiabitur in bonis anima eius sive eius
desiderium in bonis scilicet immutabilibus et
erit in abscondito vultus eius ne deinceps
corpus violetur nec peccare delectat // Tercio
transibit a torpore ignavie ad degustan-
dam eterne dulcedinis affluenciam per
ardentis amoris desiderium et inflexionem.
Qui transitus pulcre figuratus est
Hester ii ubi dicitur quod puelle oposite
de triclinio feminarum ad cubiculum regis
transibant. Puelle enim sunt anime amore
per graciam renovate et bene composite
exeuntes de triclinio feminarum id est mun-
dane delectacionibus commixtarum spiritualiter
desiderantes transire merentur ad cubiculum
regis id est ad secretum contubernium et
intima ubi etiam ubi totus affectus dul-
citer in deum rapitur et eius amplexibus
suavissimis astringitur et ubi munda
anima vere et non ficte contemplatur ut dicit
beatus Augustinus in sermone de virginibus
de quo amplexu anima gloriatur Canticorum ii: Leva
eius sub capite meo et dextera
illius amplexabitur me. Secundum corpus
vero homo renovabitur triplici transitu.
Primo corpus transit a carnalium ob-
lectacione ad spiritualitatis debitam suppres-
sione ut videlicet corpus quantum ad appetitum
animalem sit subditum imperio racionis. Unde
spiritualibus racionabilibus dicit Deuteronomii
xi: vos transibitis et possidebitis
terram egregiam id est corporalem que vo-
bis subiecta erit // Secundo corpus transi-
bit a sensibilium concupiscencia et aviditate
corporum et specierum ymaginabilium quie-
tacione. Unde Iheremie xxxiii: Adhuc
transibunt greges ad manum numerantis
et hoc erit quando mens potens est de sen-
sibus corporis et eorum actibus atque de
formis ymaginibus ut sciat et valeat
recte ad interiora mentis vocare et colligere
ita libere sicut greges ultimo transeunt

ad maius mundans et hec retractio sen-
suum et collectio spirituum est necessaria mentis
in contemplacione sicut dicit beatus Augustinus
super illo verbo Exodi xxxiii Cum ergo moyses
minasset iterum ad interiora deserti ap-
paruit ei dominus // Secundo corpus non tran-
sibit a passionum molestatione
ad penalitatum et afflictionum eciam
tollcacione Unde dicitur de humano corpore
illud Deuteronomii Non transibis hodie i-
cam in presenti vita terminos moab Moab
interpretatur de patre natus et designat pe-
nalitates corporis que originem habent
a primis parentibus quas ita transi-
sitis quibus ut eas pro dei amore
eciam tollet vel omnino non senciat
quantum felicior transitum fecerat sanctus
Laurencius cum dixit Carbones hy-
mo dolorem sed refrigerium mihi prestant
Agitur quod sit de nobis celum et terra transi-
vit certissimum argumentum est quod verbum
eternum verum loci non pertransit quia
recedendo a nobis sed quasi in medio ma-
net et hoc est quod subditur verba autem
mea non transibunt quasi diceret secundum ad opta-
hant quotcumque homine celum et terra
id est anima et corpus transeunt et hec
per gratie innovacionem illud verbum eternum
non transibit ymo ad eum venit per
mentalem eius acceptorem Dicit autem
pluraliter verba licet sit unum verbum et simpli-
cissimum et hoc tamen propter diversam dispo-
sicionem et capacitatem mencium in quibus
concipitur iuxta illud Johannis xiiii Ad eum
veniemus et mansionem apud eum fa-
ciemus tum propter varios effectus quibus
verbum eternum in mente concipitur et gignitur
et quantum ad hec duo dicitur [illegible] Ezech
c. i(?)o dicitur lumine divinum quod est
unum summe est simplex in essencia summe
multiplex in efficacia et diversabilibus
et nostrum exemplariorum theorie (?) diffuse
mentibus [illegible] et in se simplificatur
in theoria commensuracione secundum quod ditatis
singulis ordinat mensuras capaci-
tatis Unde etiam quod omnes tres persone

in mente venit licet soli verbo mentalis con-
ceptus ascribatur propter quod etiam dicit pluraliter
Johannis xiiii Ad eum veniemus et non veniam
quia opus trinitatis ad extra est indivisum
seu opera sunt indivisa ut sit sensus verba
autem mea id est verbum quod ego sum multi-
pharie diversis mentibus infusum quantum
ad primum sensum vel multis modis effecti-
bus in mentibus fidelium conceptum et ge-
nitum quantum ad secundum sensum vel sic verba autem
mea id est verbum essencialiter sumptum quod con-
venit tribus scilicet suppositis quantum ad tercium sensum
et ex hoc patet ad secundum quod [illegible] autem
erat mortalizatum innovebatur etc.

Erunt signa in sole luna et
stellis Luce xxi Verba ista licet
ad litteram dicta sunt de secundo adventu
tamen sicut audivi (?) alios tamen specu-
lantibus apud retorque possumus
ad primum adventum scilicet Christi incarnacionem
secundum sensum allegoricum adtamen evidencia
secundum quod secundum philosophum libro ethicorum signum
est illud quod est insolitum preter communem
cursum nature ad alia significandum
et quia circa misterium incarnacionis
multa sunt facta contra cursum nature
repugnancia que tunc contigerunt
ideo ibi multa signa facta extiterunt
quare ergo de ista benedicta incarnacione
dicitur convenienter Erunt signa ymo
iam facta fuerunt licet enim quando Christus
hec verba dixit incarnacionis misterium
fuit iam impletum non tamen adhuc
fuit mundo cognitum et ideo quantum ad
rem rei transierat impletum quamvis
sed quantum ad rem signi adhuc erat fu-
turum quia etiam quedam signorum de ipso
adhuc implenda restabant Idcirco non
congrue dicit Erunt signa In quibus quidem
verbis duo notantur Primum est persone
ad incarnacionis precium concurrencium me-
taforica descripcio Cum dicitur in sole luna
et stellis Secundum est misterii incarnacionis
denotacio ibi cum proponitur erunt signa Primo
autem concurrentes ad incarnacionis precium
fuerunt ille Christus Maria et apostoli
Christus inquam tamquam persona in qua incar-
nacio ineffabiliter est facta qui per solem
intelligitur Virgo Maria tamquam

persona ex qua tarō illa ineffabiliter
e assumpta que per lunam signatur Sed
apli tanquam persone per quas hec nobis
salubriter sunt cōpalata qui licet nō
concurrerent ad incarnationis misterium
personaliter adimplendum concurrerunt
tamen ad eius predicationem cōpalandum
que per stellas signantur Et in hijs
omnibus facta sunt signa mira et
stupenda ut infra patebit // Primo igitur
per solem intelligitur xpus triplici
ratione primo enim ratione fontalis principij
Sol enim secundum ysidorum libro ethi^rum^ est fons
totius luminis cuius illustratione superiora
et inferiora illuminentur vnde bene dictus
est sol quasi solus lucens a se Sic xpus
est lux lucis et fons luminis de quo dicit Joh
primo Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum et in quarto sede
prolocutus declaratur qui prima causa illuminat
omnia et a nullo illuminatur qui ipsa est
lumen perfectum Secundo ratione carentie epi
cicli Est autem epiciclus secundum astrologos
paruulus circulus in quo figitur corpus
planete a quo eciam planete patitur
retrogradationem: et quia sol nunquam est
retrogradus non est opus ut assignetur
ei epiciculus Per epiciclum autem intelligitur
peccatum quo a celesti patria patimur retrogra
dationem Solus autem xpus fuit sine peccato
unde pro magno miro et nouo dicit Johannes
de xpo Joh primo Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mundi Super quo verbo
dicit beatus Augustinus Si agnus ergo solus
innocens est Non sic de aliis unde Leo papa
quantumcumque tristis et quantumlibet hec vita durat
quodam tamen puluere terrene conuersationis
aspergitur ut in cor humanarum mentium ad
dei ymaginem conditarum nunquam a fumo
vanitatis alienus ut nō quadam storia
possit fuscari Solus autem xpus est
sine epiciclo peccati qui ipse solus est inter
mortuos liber // Tercio ratione motus
ecliptici Nam sol per lineam ecclipticam
mouetur que est linea ymaginaria in
medio zodiaci a qua cetere planete
deuiant intersecantes eam nunc ad meridiem
nunc ad aquilonem Sic xpus in omni motu
sue conuersationis nunquam deuiauit a

medio virtutis pro eo Quod dicit xpo Vias iu
sticie ambulabam et in medio semitarum
iudicij Omnes enim declinauerunt ab hac
recti^tudi^ne sine adversis prosperitatis sine
ad sinistris aduersitatis et hoc est quod
loquitur psalmista Omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt et cetera usque ad vnum
Hic vnus est xpus Dicit autem hec racio ap
dicta quia illa summa expertes errantes
peccato quod in xpo non fuit Sed hec racio su
mitur ex parte rectitudinis vite et habitus
virtuosi quos habuit Secundo per lunam
intelligitur virgo gloriosa similiter tripli
ratione Primo ratione singularis pulcritudinis
et luminositatis Luna enim pre omnibus side
ribus est maxime luminosa vnde secundum ysidorum
luna dicitur luminum vna antho^te dicitur
principaliter et maxime quia corpori solari
est similia et magnitudine et pulcritudine et
Sic beata virgo est xpo in plenitudine similia
unde Bernardus profundissimam diuine gracie
ultra quam credi potest maria penetrauit
abissum ut quantum sine personali vnione
creature conditio patitur luci illi in
accessibili videatur immersa vnde sicut
luna non habet lumen suum a se sed accipit
a sole receptum quod reflectit in terram et
per illud noctis tenebras fugat et de
pellit Sic et virgo maria Unde magister
alanus O maria tu virtutum adeo tibi
inditarum magnificis exemplis ad
imitationem tui nos prouocas sic et noctem
nostram illuminas quod si quis vias tuas fuit
insectatus habebit lumen vite Secundo
ratione spiritualis efficacie et potestatis qua
habet super corpus hominis quia circa
humani corporis mutationem virtus lunaris
potissime operatur vnde dicit ptolo
meus libro de iudiciis astrorum Sub
luna magis continentur egritudo et sanitas
timor et dampnum propter quod in celebriore
medicine perfecte non discernit quando
lunaris effectus in corporalibus non
agnouit ut dicit ypocras in principio
pronosticorum et galienus de quinto de diebus
creticis Et reuera virgo gloriosissima

ht singularissima virtute et efficacia
super humanam naturam. Unde ipsam alloquens
Cassianus in quadam epistola sic dicit Tu
prona humanam gratis tu afflictis me
dicina singularis cuius tibi non equat
nunc ad peccare sit commune // Tercio
racione varie apparentie et mutabilitatis
luna enim diversas facies sui luminis
ostendit quia nunc nichil luminis quo
ad nos nunc videtur monoydes id est ar
ticularis vel corniculatis nunc dyatomos
id est per medium secta nunc amphicirtos
i. non plene rotunda nunc pansileos
id est ex toto plena et rotunda. Sic beata
virgo recipiendo lumen mutata est
quadrupliciter. Primitus enim nichil habebat
luminis sed ad instar lune corporalis quarta
die lumen gratie recepit ut prima dies
eius sit tempus quo fuit in lumbis
Ade et patriarcharum sicut originali
principio remoto. Secunda dies est
quo fuit in seminibus Joachim et anne
sicut de medio principio effectivo. Tercia dies
dicitur est illud brevissimum tempus quo
fuit de actuali conceptionis principio medio sed
illa tercia dies vertatur in tenebras non
eam requirat deus desuper nec illu
stret lumine Job iii°. Quarta autem
dies est conceptionis spiritualis qua fuit
de utero sanctificata et tunc primo aspectu
in ea rota solis id est divinitatis lumen
recepit et illucescere cepit facta est quasi
corniculata modicum adhuc lumen
ostendens. Per graciam enim illius sancti
ficationis neque fomes extinguebatur
neque porta celi aperiebatur. Dicit tamen duos
effectus habuit qui sunt culpe originalis
expiacio et fomitis tanta restrictio
ut amplius non posset peccare. Hii sunt
duo cornua lune primordia nostre salutis
in virgine beata de quo dicitur cornu
dr luce primo. Et crevit cornu salutis
et bene crevit quia in novilunio luna
cornua gerit versus orientem. Sic
maria gratiam divinitus acceptam ad deum

erexit et per considerationem in deum retu
lit et reflexit unde cecinit illud luce
primo. Magnificat anima mea dominum
Hec luna facta est dyathoma in spiri
tus sancti obumbratione et in filii sui
conceptione et tunc sanctificationis gratia
de ea operabatur duos alios effectus qui
sunt fomitis omnino extinctio et liberi
arbitrii in bono confirmatio: ita ut
que prius ex sanctificatione prima pec
care non potuit iam non posset nec
libere peccare. Et luna ex tunc media
cornuta videtur esse completa et per
fecta perplexione actuositatis interne
Sic que prius lumine vacua apparebat
Nam fomes qui de prima sanctificatione
peccare non potuit et remanserat
in essentia nunc fuit totaliter sublatus
et extinctus originali etiam peccato
extincto et expiato // Sed adhuc contu
bili liberi arbitrii remansit potestas
ad bonum et ad malum. Fuit autem liberum
arbitrium fuit ita in bono confirmatum
ut non posset inclinari ad malum que
quidem confirmatio non fuit liberi arbi
trii oblatio sed eius perfectio // Contra
hec luna tercia fuit amphicirtos
in filii eius inhabitatione qui fuit in
eius utero et mansit mensibus nove
ex quo fuit ultra producta quo ad du
os effectus reliquos. Primus erit reli
quiarum fomitis curatio. Nam mea sed
dispositiones fomitis sublate fuerunt sed
quando morbus curatus est adhuc infir
manet reliquie curande // Filius effec
tus ipsius corporis sive corporalis dedi
catio. Tunc enim non solum mentis et cor
eius tanta luce divinitatis resplenduit
ut ita esset dedicata ad divina quod in illicitis
usibus etiam licitis eam aptari esset
impossibile quod figuratum fuit in hac
porta quam vidit Ezechiel per quam
solus deus egrediebatur et ultra clausa
erat in eternum Ezech. xliv°. Et tamen
corpus illud licet sanctificatum adhuc

adhuc tamen non pleno beatum //
Vltimo hec luna gloriosa fuit pauli
legis et perfecte plene in sua assumptione
qui in anima et corpore fuit assumpta
tunc enim fuit facta in conspectu dei luna
perfecta in eternum ut dicitur in psalmo hec enim
dictum fuit de semine david et autho
ritate refertur ad beatam virginem que
fuit de eius stirpe Ipsa enim luna perfecta
in eternum quia nunquam amplius erit de
fectiva sicut hec luna corporalis que
suam plenitudinem non amittit de huius glo
riose virginis plenitudine dicit Jeronimus
plena siquidem est gratia dei plena virtu
tibus plena non potest possideri plenitudinem
nec minus si gloria plenam et super
plenam habet et possidet in filii regno
que tamen plena et super plenam
fuit in hoc exilio huius vite cui ab
angelo dictum est Aue maria gratia
plena // Tertio per stellas intelliguntur
apostoli et apostolici viri triplici ratione
Sunt enim stelle lucis delative aeris
divinative et caloris generative: lucis
nempe delative unde vocantur lucis
vehicula ab alfragano eo quod sunt corpora
luminosa solis a quo recipiunt lucem
Sunt enim aeris divinative quia ut
dicit beda stelle ante tempestates
excitant et coruscant nunc serenitatem
generant Sunt preterea caloris generative
unde platonici dixerunt stellas esse
ignee nature sed aristoteles et alii philosophi
qui dicunt stellas esse nec calidas nec
frigidas subiective nec ipsum celum
vim dicunt sed calide sunt effective
sic apostoli lucem christi per mundum pro
vexerunt clara predicatione quo ad
primum: nam mutat de miraculorum operatione
quo ad secundum: corda fidelium inflammant
exemplari eruditione quo ad tertium
De primo dicitur mathei v vos estis lux
mundi: De secundo dicit augustinus in sermone
de apostolis Dedit deus apostolis potestatem
super naturam ut eam commutaret super
demones ut ipsos deicerent super elementa
ut ipsa immutaret super mortem
ut ipsam contemperarent super angelos
ut corpus domini consecraret // Hec etiam
potestas data est eorum successoribus et in
illud tempore vero hii etiam habent potestatem
claudendi celum et convertendi vinum
in aquam in sanguinem // Tertio dicit
valerius potentius illud mathei quinto
vos estis lux mundi adveniente
luce diei egritudines allevantur
homines a sompno excitantur aves
garriunt bestie ad latibula sua redeunt
Sic luce apostolorum veniente mundus fuit
edificatus in credendis fecundatus
in operibus bonis a peccatis allevatus
excitatus a negligentiis: divinatus
de contemplatione celestium exceptus
a potestate demonum que etiam auctoritas
videlicet ad primum dicitur ecclesiastici super mathei Propheta
deus omnia tria dicit sic Misit christus
apostolos sicut sol radios suos et sicut
sol in radiis suis apparet sic in illorum
doctrinis signis et virtutibus christus
agnoscitur etc
Erunt signa in sole luna et
stellis etc viso de personarum
circumstantia ad precognitionem incar
nationis inclinativarum descriptione
Secundo restat videre de signorum
in eis apparentium instituta de signatione
Et primo videndum est de signis que
apparuerunt in sole scilicet in christo que
fuerunt tria insignia que de sole cor
porali legimus iuxta intellectum // In
sole namque legimus accidisse signum
stationis: signum retrogradationis
et signum abstractionis ut supra decla
ratum est in postillando Sic in christi in
carnatione fuerunt illa signa instan
tanea corporis formatio nature cor
rupte reintegratio et divine glorie
occultatio Primum igitur signum fuit in
stantanea corporis formatio quam
significavit solis statio de qua legitur
Josue x quod steterit sol Nam enim motus
solis in circulo obliquo sit causa quare
omnibus distinctis inferioribus de nullo
generato per naturam verum est dicere solem
stare Item cum omnis actio naturalis
sit in motu et quodam transitu et

successione z nulla tali actione est
statio nec deproducta tali actione pro
quocumque tempore verum est dicere non
stare propter continuum fluxum mutabilitatis
et subiacet ac per hoc numquam in eodem
statu permanet / Secunda igitur sic bene
dicta incarnatio non operatione naturalis
agentis nec successione temporis sed in instanti
facta fuit nec ipse christus mutabilitati
nature corrupte subiectus fuit ut
patet quia non nonnunquam manus peccatorum
exemptus ab illis qui ibi scilicet de primo
parte tetiderunt quando operantur ymaginem te
repulsi fuerunt nec potuerunt stare
ut dicitur in psalmo / Ideo non incongrue
dicitur in sua incarnatione solempni-
tate / In quo signo ineffabilis vir-
tus divina relucebat in quatuor
que ibi fiebant / In eodem namque
instanti videlicet instantanea corporis
formatio anime rationalis infusio ut
usque eum supposito divino ypostatica unio
gratiarum et virtutum perfecta continea-
que omnia supra sunt communi lege nature
et ideo pronosticat nobile signum de isto
sole sub ditiori / Item contra cursum nature
ut patet per philosophum in de animalibus et per
beatum Augustinum tricesimo .4. de trinitate corporis
humani formatio xlv° diebus perficitur
quia sex diebus est sub forma lactis
preter nouem diebus sub forma san-
guinis: duodecim aliis diebus
consolidatur in carne et extunc in decem
et octo diebus organizatur z tunc
anima infunditur que etiam in successione
sui temporis z non in instanti speciebus et virtu-
tibus perficitur videlicet ex longo studio
et labore / Sed hec omnia in christo sunt
completa in uno eodemque instanti
quare hic magnum et novum signum
fuit in christo de quo Jeremie xxxi° dicitur
Novum faciet dominus super terram
mulier circumdabit virum super quo verba
dicit Augustinus / Sic erat vir ihesus non
dum natus scilicet sapientia non etate anime
virtutibus non corporis sed maturitate sensuum
non corpulentia membrorum neque enim

minimus sciencie fuit ihesus conceptus
quam natus parvus quam magnus sive quando
latet in utero sive quando vagiet in pre-
sepio sive iam gratia plenus interrogans
legis doctores in templo sive iam perfecte
etatis docens in populo: iam perfectus fuit
et plenus spiritu sancto / Secundum signum
fuit nature corrupte reintegratio quod
figuravit solis retrogressio facta tempore
Ezechie ysaie 38 et quarti regum xxvi° ubi dicitur
/ sol reversus est decem lineis per quas
descendat in horologio achaz / Nota
hystoriam / Natura signum humana
olim in statu innocentie constituta quodam
assimilabatur soli propter puritatem naturalium
et gratuitorum in quibus condita fuit sed
hoc tandem a sua puritate declinando
descenderat quasi decem lineis per trans-
gressionem decem preceptorum decalogi
in horologio achaz et post fatatis sicut quando enim
mandata propter violat quasi tot lineas
solis absentia intercepto transgressionis
obitu obumbrat ut dicit glosa ibidem
Vel quia per illas lineas in horo-
logio achaz que fuerunt ibi duodecim
distinguebantur hore diei possimus
enim per duodecim lineas illas accipe
duodecim nobiles z preclaras conditio-
nes in quibus homo conditus fuit quarum
sex accipiuntur penes corpus et sex alie
penes animam / Prima fuit propagatio in-
tegritatis in statu innocentie fuisset corporis
immaculatum et commixtio sine concupiscentia
libidinis et partus sine labore et
dolore secundum beatum Augustinum / Secunda condi-
tio fuisset complexionis sanitas fu-
isset enim humana complexio ad medium
redacta nec esset humorum discrepancia
et per quas fuisset ibi sanitas continua
Tertia iusticie originalis integritas
que consistit in perfecta obediencia virium
inferiorum ad rationem superiore neque
enim esse potuit aliqua sensualitas rebel-
lis ipsi rationi obedienti deo / Quarta
est corporis et anime insensibilitas
neque enim fuisset ibi esuries neque sitis
neque frigus neque estus neque labor
neque dolor neque verecundia / Quinta

fuit immortalitas poterat enim homo
non mori propter manutenentiam dei
et esum ligni vite // Sexta fuit tran
quillitas vite in paradiso qui est locus
tranquillitatis voluptatis et exulta
tionis secundum Damascenum // Septima fuit peccati
immunitas quia factus est homo non solum
sine peccato sed etiam sine omni inclinatione
peccati // Octaua cognitionis perspicuitas
quia habuit triplicem cognitionem scilicet dei
non enigmaticam sicut nunc sed per quandam
inspirationem non tamen ita claram
sicut habent beati in patria etiam habuit
cognitionem sui quia qualis fuit factus
sciuit vel quid agere vel cauere de
buit intellexit habuit nichilominus
rerum propter se factarum quibus et no
mina imposuit // Nona fuit virtutum
serenitas habuit enim caritatem et alias
virtutes infusas ut determinat magister Se
ntentiarum in 2o libro dist. 29 // Decima
beatitudinis securitas quia permanentes in sta
tu fuissent de paradiso translati ad celeste
Undecima arbitrii libertas quia homo
recepit a conditore liberum arbitrium
ab omni corruptela immune quo stare
posset si vellet // Duodecima fuit diuine
ymaginis dignitas quia ymago dei capax
erat et particeps secundum Augustinum per has enim
omnes lineas descenderat et iam ad de
clinium tenderat homo qui pene omnes
conditiones predictas per peccatum amiserat
et quasi tota dies humane felicitatis
declinauerat ut dicere posset illud Luce
24o Mane nobiscum domine quoniam
advesperascit et inclinata est iam dies
Duabus enim solum lineis ultimis
adhuc vix superstantibus scilicet liberi
arbitrii dotatione et diuine ymaginis
insignitione que due velut due linee
adhuc remanserunt ut secundum commentatorem vulnera
ta quo ad naturalia et spoliata quo
ad gratuita. Remansit quippe qui
liberum arbitrium sed depuratum quia per
peccatum recepit difficultatem ad bonum
et pronitatem ad malum. Primo enim homo
per liberum arbitrium potuit peccare

et non peccare sed post peccatum non potuit non
peccare ymago etiam dei remansit
tamen post peccatum sed quia deformata
quod lamentabatur quidam dicens Treni 4o
denigrata est super carbones facies
eorum et ideo non sunt cogniti in pla
teis id est diuersis ad vitam eternam tende
ntibus per has itaque decem lineas
sol humane conditionis non plene
descendat ut visum est ab omnibus aliis
decem lineis pertransitis et intrinsecis
in Christo sol humane conditionis reuersus
est per illas decem lineas per quas
descenderat in horologio Achaz quia
natura humana in homine Christo repo
sita fuit in omnimoda perfectione preter
status licet penalitates in se assump
serit dispensatiue non nature sue
necessitate sed magis amoris immensitate
Tertium signum est diuine glorie et huma
na occultatio que designatur
in naturalis solis obscuratio tempore
dominice passionis Luce 23o Fuit
autem in sole Christo triplex obscuratio
deo thesaurus diuine habundantie
occultatus est sub paupertate supreme
indigentie quia ille cuius domus fuit
diuitie et glorie ita pauper factus est
ut non haberet ubi caput suum reclinaret
et nihil fuit pauperior omni creatura
quia cuilibet creature etiam brutis pro
missus est locus quietis sue et de hoc
ipse conqueritur Mathei 8o vulpes fo
ueas habent et cetera habuit autem paupertatem
ab initio natiuitatis sue incepit ut per
per omnia conformis omnia palmo con
cludat tamen non erat ei locus in
diuersorio Luce 2o et ideo dicit Augustinus
Christus ob hanc causam tantam paup
ertatem sortitus est ut nos bonis celesti
bus affluentibus ditaret 2 Cor. 8o
Scitis inquit fratres mei gratiam
domini nostri Ihesu Christi qui cum diues esset
factus est pro nobis egenus ut eius
inopia diuites essemus // Secundo splen
dor diuine glorie obscuratus est quod homo
in infimo humilitatis vnde Apostolus

ad phil' ijo hu̅liat semetip̄ formã
servi accip'ens ɀ h̄itu inuentus ē ut
homo ꝰ obprobrium hom̄ ɀ abiectio
plebis obhanc autē cām tantaz
obpbrij vilitate glām suā occultari
voluit ut h'uanaz nām contemptui
subiectā suā diuītate honorabilit̃
sublimaret prout docuit btūs au
gustinꝰ ꝰ libro de kathezizandis
rudibus Esuriuit xp̄us qui oīa
pauit sitiuit perque cūcta/oīb' poti
et qui spualis panis ē esurientiū
et fons ꝗ sitientiū abitinē exestri
fatigatus ē qui seipm̄ fecit viam
nobis ꝰ celū velud mutus obmu
tuit ɀ coram conuiciatibus p̄ quē
surdus audit et mutus loq'tur victꝰ
est qui infirmitatū vincula ꝯstrīge
solūt · flagellatus ē qui oīmã fla
gella dolorū de corporibus hom̄ ex
pulit/crucifixus ē qui cruciatꝰ sanat
mortuus ē qui mortuos suscitat
Tertio speculū sanctitatis duo tenꝰe
obumbratū ē tamen p̄cto s̄ilē
quia ut dicit Theol' super illud Joh
iijo Sicut moyses exaltauit serpentē
in deserto dicit Sicut ille serpens spēz
bestie huit et venenū nō huit sic
licanus sustentat proprios filios a morte
effundens super eos sanguinem. Unde
sanguis Christi emundabit conscientiam nostram
Hebre. ix°. Item alii sunt pauperes a ce-
lestibus graciis et virtutibus mundi et
inmundi(?) quibus datur consilium illud Apo. iii°:
Emi vere divites esse ignitum(?) et hos enim
liberat Christus clamans Mat. xi°: Venite
ad me omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos. // Deinde ...
et beatus est ubi reddit eos cautos contra
dubitationem imminentem ex passione sue
Unde Mat. et Luc.: Beatus est qui non fuerit
scandalizatus in me quasi dicat videant
ignominias mee passionis. Et nota quod
scandalum dicitur a scandalon quod est offen-
diculum vel ruina et tunc aliquis dicitur
scandalizari quando verbo vel facto alicuius
habet occasionem peccandi // quod potest

ee duplr aut occasione data aut occa
sione accepta | xpus igitur no fuit ali
cui occasio scandali occasione actiue data
s; occasione passiua pdicando sumpta
unde xvo Tunc dis q pharizei audito h
vbo scandalizati sunt Quida vero
ex sua opatone Mirati vero vn huic
tanta sapia et virtutes que p manu
eius efficiunt Nonne hic e filius fa
bri et sic etia modo scandalizabat
discipli iohannis d xpo ex ut dicit gg
et Crisos q q aliu nos videbat mira
bilia opanti que iohanes non fecerat
et ad hoc scandalu eos admonendu
dixit hoc vu btus est Quida aute
scandalizati sunt in xpo occasione
sumpta a sua passione et intelligi
etia quod hic dicit et btus e vnde
greg vsis tot signis non scandali
zari s; amirari q potuit vnde
ap̄lus j Cor no Nos pdicam xpm
crucifixu iudeis scandalu gentibus stul
ticiam et ad illud scandalu euitandu
premunit xpus eos dicens Et btus est
q d licet operor mirabilia ut deus
qua tamen ut homo crucifigendus
sum Cauendu valde e hominibus
ne d me morte desperant qui signa
venerant ut dicit crisostomus recta
Illis aute abeuntibus cepit
ihus dicere ad turbas de iohãe
Quid existis in desertu vide
re arundinem vento agitatam
Sed quid existis videre hoiem molli
bus vestitu Ecce eni qui mollibus
vestiuntur domibus regu sunt
Sed quid existis videre pphetam etia
dico vobis et plus q pphetam hic e
eni de quo scriptu e Ecce mitto an
gelu meu an facie tua qui ppabit
viam ante te recta
Tercia pars particlis in qua
ponit precursoris iustia co
mendatio Unde notat aut aliquis
quare xpus stati sibi h'at qone
incepit comedare iohanne Item qre
no comedauit eu pntibus discipulis
s; illis abeuntibus Rndet ad pmu secundu
Bedam et hylariu qa turba circustans
misteriu interrogationis nesciebat putabat
bat eni iohanne dubitare de xpo ex
huiusmodi qone putare poterant quod di
xisset illud vbu dicte pmissu Et btus
est qui no fuit scandalizatus in me
referendo ad iohanne quasi scandalizatu
Ideo ad amputandu huius opinionem
ab eis cepit eu comedare | Ad 2m dicendum
q noluit eu in pncia discipulorum come
dare pter tres rones Pma ne videtur
sic adulatorie facere 2m Crisim | 2a ne
extollerentur intra se de gla sui magri
Tercia q discipli iohanis de iohãne no
dubitabat s; turbe Ideo ipm comedat
coram turba et no coram discipulis | Dicit
ergo Illis abeuntibus cepit ihus dicere ad
turbas de iohanne Comedat aute
ipm in duobus pmo quantu ad male
opinionis retractatoem | 2o quantu ad spe
ctialis ostensione ibi Sed quid existis
Remouet aut mala opionem de iohãne
quo ad duo Pmo ondit eu non ee
leue quod respicit rones hesitatom
Nam pus dixerat ecce agnus dei ecce
qui tollit pcta mundi nunc videtur quasi
dubitare et ita inconstans et leuis mitte
do eu qone discipulos Sed xpus ostendit
q no fuit d xpo huiusmodi hesitatio s; stabili
tas cu dicit Quid existis in desertu vi
dere arundine vento agitatam || Notandu
q tunc no exierat in desertu ad hoc ut
viderent iohanne | neq eni tunc erat i
deserto s; in carcere sed pteritu refertur qr
semper et frequenter exierat ppls in desertu
ut viderent iohanne ut habetur Marci
pmo per arudine sicut dicit hyla
rius signat animus cogitone vacuus
ad arbitrium spiritus flatu vagabundus
no g' erat iohannes arundo que ven
to agitaret ut leuitate mentis de xpo
ambigeret qui eu pius pdicauerat sicut
dicit glosa interlinear | Scdo ondit
eu non ee mollem quod respicit na
salis refractores et compisabilis defectio
nem pz in eius victu et vestitu | Nã
eius vestimeta erant de pilis came
loru et cibus eius erat locuste et

vel silvestre // Ratione et subdit
Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt / In domibus regum habitant
molles et flexibiles Unde petrus
in atrio principis mollis effectus est
et stratus ut dicitur Mathei cap. xxvi°
et david in domo regia ad fenestram
stans flexus est ad concupiscentiam ad sponsam
bersabee ii Reg. xi° // Moraliter in
Ieronimo et Rabanus doctores habent quod pre-
dicatores vitarum declinare debent
mollium pallatia quia frequenter
mollibus induti sunt adulantes
qui vitam palpando peccantium pal-
pant et non pungunt Item notan-
dum quod predicatoribus vitiis convenit du-
ritia tibi et vestis vilis quia falsi
predicatores adulatores sectantes
lucra querunt divitias et tales mol-
libus vestiuntur / non sic iohannes
Unde gregorius Johannes mollibus ve-
stibus non fuit indutus quia vitam
peccantium non blandimentis fovit
sed aspere increpavit / hic queritur utrum
in usu preciosarum vestium sit peccatum et
videtur quod sic quia dicit gregorius in
omelia super illo verbo Ecce qui mollibus
induuntur Nemo estimet in fluxu
ac studio preciosarum vestium peccatum
deesse quia si culpa non esset nullo modo
dominus iohannem in sui vestimenti asperitate
commendasset Et neque petrus feminas
preciosarum vestium appetitu compesceret
dicens non in veste preciosa i petri iii° c
quod in statu de bonis angelis iii° de do-
ctrina christiana Quoniam usus rerum sine libidine
utentis in culpa est // in talibus spectan-
dus est finis et intentio utentis et in
hoc iudicatur peccatum esse vel non / In vestibus
autem quatuor sunt reprehensibilia primum
est superfluitas sicut in mulieribus que
trahunt magnam partem vestimentorum
Secundum est preciositas ornant enim se ad pur-
puram et bysso ac si esset statua vel tabula
vel ministerium altaris // Tertium est curiositas
adinveniunt enim curiositates diversas et no-
vas figuras et formas vestimentorum

Quartum est mollities et hec omnia ex-
emplificantur in divite epulone Et quod
in omnibus hiis modis in vanam libidinem
utentis ideo non sine culpa potest esse huiusmodi
vestimentorum electio Excusari tamen potest
ex quatuor mulieres Primo si se ornat
ad hoc ut suis viris placeat ne per
eorum contemptum in adulterium labantur
unde glossa i Cor. vii° Mulier que nupta
est cogitat que sunt mundi quomodo plac-
eat viro studium in huiusmodi ornatus sit
ad verecundiam et sobrietatem ut dicit
apostolus prima Thimo ii° et hec excusa-
tio non habet in mulieribus que non
habent viros / quia hoc esset eis dare mate-
riam ad peccandum et volunt habere viros
et sunt in statu non habendi / tales enim
non possunt sine peccato placere virorum
appetitibus Item illud proverbiorum vii° Ecce
mulier illi occurrit ornatu meretricio
ad decipiendas animas De talibus
dicit Ciprianus Serico aut purpura
indute christum induere non possunt
auro et margaritis et monilibus
adornate ornamenta cordis et pecto-
ris perdiderunt Si autem ex levitate q-
dam vel vanitate faciunt quia ad iactantiam
utuntur non est semper mortale peccatum
sed quandoque veniale Et eadem ratio est quoque
in viris unde augustinus in epistola ad possidonium
Nolo ut de ornamentis auri vel vestis
properes habeas prohibendo sententiam nisi de eis
que neque coniugate sunt neque con-
iugari volunt neque cogitare debent
quomodo placeant deo // Secundo excu-
sari potest aliquis ex statu sui conditione
ille enim qui in dignitatibus constituuntur
preciosioribus indui possunt qui exterere
non tamen propter suam gloriam sed ad designandum
excellenciam sui status Tertio ex in-
tencione minoris reputationis ut patet de
Judith x° Et hoc etiam ornant se
ministri altaris quia omnia sunt ibi
significancia virtutum eminentiam sanctorum
Quarto ex regionis consuetudine in talibus
enim excusantur in modo sumptus et con-
suetudo non sit in preiudicium nature
ut in pictura facie Unde enim nulla

conuertendos excusat vn̄ Cyprianus de
habitu virginum Pro virginibus tm̄ et viduas
sed et nuptas et omnes feminas admoneo ad
monendas quod opus dei et facturam eius
nullo modo blasphemari et subdit deum
vide non poteris dum oculi non sunt tui
quos deus fecit Secundo quod dyaboli et plus
quam obiecta curiosa deinde ad hoc Sed
quid existis in desertum videre commendat
eum quantum ad excellenciam dignitatis comme
dat autem eum quantum ad duo primo quoad
prerogatiuam cognicionis scilicet ab excellencia
prophetie ad dicit Sed quid existis vide
re prophetam etiam dico vobis et plusquam prophetam
Dicimus alias precedentes cognicionis non credebat
quia iohannes arundo et mollibus ve
stibus non fuit Erat autem propheta qui ve
tura predixit et plusquam propheta et hoc
propter tria primo quod nondum natus prophetauit
secundo ut dicit gregorius quod cum prophete officium
sit futura predicere iste plus fecit quia
quem alii venturum prenunciauerunt ille
venturum digito demonstrauit Tercio quia ut
dicit Jeronimus prophetali priuilegio excessit pre
curium ut dominum suum baptizaret Secundo
commendat eum a dignitate officii quod precursor
domini: Ostendit autem ipse iohannem auctorem sui
officii habere a deo et hoc pertestimonium prophete
hic est enim de quo scriptum est Malachie
Ecce mitto angelum meum de quo eciam per
tollegi Quartum est propter quod fuit plus
quam propheta quod alii prophete de christo predixerunt
Ecce ego dicit pater ad filium mitto angelum
meum scilicet iohannem Iohannes enim primo fuit
missus a deo Dictus est iohannes angelus
propter duo primo propter officii dignitatem
quod maius est sicut est angelus gabriel
natiuitatem domini paucis indicauit personis
scilicet virgini ioseph et pastoribus sed ioha
nes illum indicauit palam toti mundo Et
secundum Gregorium vniusquisque fidelis si ex caritate
proximum reuocat et ad bonum exhor
tatur profecto angelus est quia nuncius
domini Secundo propter vite angelice puritatem
quam duxit in solitudine in virginitate
et contemplacione Vnde Crisostomus puto si non
est audacie dicere quod gloriosior fuit iohannes
qui fuit homo quam angelus quia ipse inter
salutis et virtutis angelus est donatus
et obtinuit per graciam quod angelus habent
per naturam Deinde facie tua ita propter
secundum Crisostomum quod inter christum et iohannem in
medio nullus propheta fuit medius Sicut enim
qui prope currum regis currunt aliis sunt
clariores ita et iohannes prope christum prenunciat
qui preparauit viam ante te Nota quod triplex
est via quam preparauit iohannes prima est
in mundum per incarnacionem sue carnis assumptam
de virgine habent viam conceptus iohannis ali
qualiter preparauit quia quod virgo credebat
nihil deo impossibile concepit et consequenter
virgine facta est via concepcionis christi Secunda
via christi est in mundo per predicacionem habet viam
Iohannes autem christum preparauit Tercia via
est in morte habent eciam iohannes preparat
quia prius mortuus est et eum nunciauit patribus
qui erant expectantes eius aduentum
De preparacione harum triplicis vie prophetauit
pater eius Zacharias: preibis ante faciem
Ceci vident claudi ambulant
leprosi mundantur surdi
audiunt mortui resurgunt
pauperes ewangelizantur
Dicto supra in sermone precedenti
de tribus quibus preparatur mens
deuota ad aduentum dei eciam
in mente congrue disponatur
Nam ut habetur sicut virtutes celorum mo
uebuntur Nunc autem videndum est quibus
signis et indiciis dei eciam in mente premia
cognoscatur dicit de Bernardus in sermone
de epiphania Dominus christus non solum voluit
ad nos descendere sed eciam innotescere
non solum nasci sed eciam agnosci Vnde
sicut deus christus adventum suum in carne
signis et operibus exhibuit ut habetur in
ewangelio testatur quia ceci vident Sic
suum adventum in mente eius sibi spiritus
spiritualiter intellectus indicat et prete
dit ad quod respiciendum tamen etiam in interior

venisse hodierne filius syon ecce
que veniet q d Jacobus fideles qui
estis filius syon quia d specula ex
pectandi adventum ubi ponte ecce quod
de incarnatione prophetam venit potestis vi
dere Et que sunt ista signa tercie
¶ Ceci vident / quecunque enim agit considerat
adma si vis tenere verbum eternum menta
liter concepisse considera si opera illa in alia
ubi eternum operatur attestatiua ecce resplen
deant signa verbum eternum ubicunque est nulla
tenus ociosum est operatur enim magna si
est et ubi operari desinit ibi non est ut dicit
gregorius ¶ in similitudine loquens de caritate sine
qua verbum eternum non venit in mente dicit
enim sex opera que verbum eternum operatur
in mente in qua sunt conceptum quasi sex si
gna quibus sua presentia designat et
hec notantur in verbis propositis ¶ Ceci vident
primum signum est mentis ad amorem regis
illustratio quod notatur in cecorum illuminatione
cum dicitur ceci vident ¶ Secundum signum est
mentis ad omne virtutis explicationem
expedita dispositio quod notatur in claudorum
ambulatione cum dicitur ¶ Claudi ambulant
¶ Tertium signum est defectuum culpabilium
commoda depuratio quod notatur in lepro
sorum mundatione cum dicitur leprosi mun
dantur ¶ Quartum signum est verbi dei
diligens auditio quod notatur in surdorum
auditione cum dicitur surdi audiunt ¶ Quin
tum est interioris hominis vivifica reno
vatio quod notatur in mortuorum resuscitatione
cum dicitur mortui resurgunt ¶ Sextum signum
est paupertatis voluntarie perfecta emulatio
quod notatur in pauperum evangelizatione
cum dicitur pauperes evangelizantur ¶ Circa
ergo primum signum est sciendum quod mens rationalis
sibi ipsi derelicta et corporis naturalibus portata
ad amorem cognitionis est quasi ceca exi
tatis debilitate ¶ Nam sicut se habet ad anima
sicut oculus noctue ad lumen solis ut
dicitur in Metha ¶ Unde homo pravis na
turalibus delictus figurari potest per piscem augustinum
lactantem cui dictum est Apoka in Dicas
quod sis dives et nescis quod miser es et

inpassibilis cecus claudus ¶ Non sic bra
sunt per similiter construitur ubi hug ... contra
confessio ... magis laborator auarus et
cecus ... verbum ... melle celi intel
lectus et delinire tuo ... contra
verbum eternum in mente conceptum cum fuerit
oculum mentis clarificat contra primum est enim
verbum eternum collirium nobile quo mentis oculus
clarificatur ad videndum unde Apoka iii ¶ Con
sulitur anime ecce ex tercia ubi collirio
unge oculos tuos ut videas ... eius
simplex collirium in scriptura ... excelle pi
scis quo Thobias minor constat eruisse
tione angeli quo oculi senioris Thobie
sunt curati ut habetur Tho ... per fel cui
piscis intelligitur amaritudo omnium quomodo in
mundo sunt tantum sicut piscis in aqua sit
homo instabilis huius mundi degens
unde propheta hoc mare magnum et cetera ¶ Nunc
enim oculi mentis considerationis liniuntur quando omnia
sensibilia huius mundi mente devote in
amaritudinem convertuntur ¶ Sic lumina sunt
illa sancta anima ubi gena apud eum di
cebant Mihi mundus crucifixus est ¶ Secundum
collirium est ex sputo et terra hoc fecit ipse
salvator noster in illuminatione ceci nati Joh
ix per sputum procedens ab ore intelligitur
intelligitur anima adeo tota per eternam
corpus humanum / Terrenum duorum commixtio
causat lutum et quid aliud est homo quam
vile lutum / hoc collirio oculos liniuntur
est vilitate conditionis humane ante oculos
considerationis pone et nihil de se ipso nisi
vilia et defectuosa sentire ... cum propheta
ego sed vermis et non homo ¶ Tertium collirium
est favum mellis unde legitur primi Reg
xiiii de Jonatha qui cum comedisset
favum mellis illuminati sunt oculi eius
per quod gustus divine dulcedinis in
telligitur qua gustata illuminantur oculi
interiores intellectuales unde psalmista gustate
et videte quoniam suavis est dominus primo
dicitur gustate / secundo videte quia gustus di
vine dulcedinis illuminat oculos mentis
ad videndum divina ¶ Item verbum eternum lumen super
naturale illustrat contra primum est enim ipsum
verum lumen verum quod illuminat omnem hominem

venientem in hunc mundum de hoc luce ad pro-
positum dicit apostolus ii Cor. iiii° Deus qui
dixit de tenebris lumen splendescere ipse
illuxit in cordibus nostris ad illuminationem
scientie claritatis Item mentem sibi assimilat
et conformat se scilicet ei cognoscibilem red-
dendo et exhibendo Contra tamen vide clo-
menti de Ezech. xxviii° Tu signaculum
similitudinis dei plenus sapientia etc. Et hanc confor-
mationem sui ad verbo eius expetit beatus
Augustinus in libro soliloquiorum 1° confessionum Co-
gnoscam te cognitor meus sicut a te
cognitus sum virtus anime mee intra
in eam et coapta eam tibi ut possideas
sine macula et ruga Predicta tamen tangit
dominus Hugo super Cant. sermone xxxi° Oculus
cum turbatus fuerit lumen non apprehendit
minimum ab obvio [illegible] qui ergo
turbatus est nullatenus serenum lumen
videt propter similitudinem ita et solem in suo
aspectu qui illuminat omnem hominem et ista simili-
tudo tunc equabitur quando videbimus eum sicuti
est et hoc est quod dicitur prima Johannis iii° Cum
enim cum apparuerit similes ei erimus quia
videbimus eum sicuti est Et hec tria que sunt
eterne figurando trinitate mentis de nobis
operatur simul, prehendit apostolus ii Cor.
iii° Nos scilicet qui verbum eternum accepimus
revelata facie gloriam domini speculantes
quantum ad primum transformamur in eandem
imaginem quantum ad secundum scilicet mentis
a deo conformationem transformamur a clarita-
te in claritatem quantum ad tertium scilicet quo ad
luminis supernaturalis infusionem scilicet a clarita-
te naturalis luminis intellectus agentis in claritate
luminis supernaturalis et hoc fit tamquam
a spiritu domini et ambo etiam spiritualis de mente
concepte Et exemplum de Christo duobus apostolis
euntibus in Emaus quibus sua presentia
exhibuit ad cognoscendum scripturas
ut habetur Luce xxiiii° Dicit et beatus Augustinus
de sua trinitate de qua dictum est se fuisse
illuminatum conmemorat x° confessionum Irra-
diasti domine vehementer et coruscasti splen-
duisti et fugasti cecitatem meam et
hoc signum proprie exprimitur in se viri
contemplativi cum est in contemplatione

sive gloria sanctorum sive de maiestate
divinitatis mentis aliqua revelantur
Claudi ambulant. Visum est de
primo signo restat videre
de 2° quod est mentis ad divine
voluntatis expletionem expedita dispositio
quod notatur in eo scilicet de claudorum
ambulatione cum dicitur claudi
ambulant Pedes anime sunt eius
affectus quibus anima graditur
sicut corpus pedibus Isti pedes
in se si homo sibi ipsi relinquatur
sunt claudi primo tardi ad gradien-
dum in via divine voluntatis iuxta illud
Rom. vii° Non est volentis velle
neque currentis currere sed miserantis
dei Unde contingit ex tribus causis
sumptis penes tria que causant
naturaliter pedem corporis claudi-
care Primo enim contingit claudicatio
ex virtutis motive destitutione ut
patet in languidis 2° ex nimia opi-
latione vene cuius membrum aliquod
non suscipit influxum spiritus vita-
lium ut possit exire in operatione sua
ut patet in paraliticis Tertio ex pedum
tibiarum curvatione vel aliqua alia
partis corporis indispositione ut patet
in contractis Secundum hec tria possunt
recipi spiritualiter tria que claudica-
re causant in anima de quibus claudis vera-
citer signant de quibus legitur in scri-
ptura quorum unum sanavit Christus alium
Petrus tertium Paulus Primum inducens
claudicatem in anima est virium destitutio
que provenit ex languida intrinsece habitus
dilectione quia fit homo parcialiter toto
corpore et tedio afficitur et ab omni
virtuoso exercitio destituitur ut dicit Gregorius
in omelia [illegible] mea est devitare lan-
guidum exercitio intrinsece hominis languidi
dilectio hoc figuratum est de isto langui-
do et claudo Joh. v° qui iacebat ad
probaticam piscinam xxxviii annis qui
ita fuit viribus destitutus quod non
poterat venire de aqua cum aqua moveretur
nisi alterius adiutorio Secundum est venarum

spiritum obstructo quod pervenit exterius
rerum stimpacione quam sicut vene quibus
omnibus influerit hic dinari dicam p
stimpantur pro ut potior desideriorum
et carnalium temporalium terrena ut dicit Bernardus
in simone lxxiiii^o potum parvum quippe
secularibus desideriis animum delectatio
declinat cum interim potuit vana vel
terrena eciamvel spiritualia temporalibus sedema
omnibus ut poterit sapias que sursum sunt
et que super terram quod signatum fuit per
istum claudum ex utero matris qui mendicabat
ante portam speciosam cum basis et plante
erant imbecilles sic isti debiti temporalibus
non recipiunt consolacionem amore et si quando
isti aliquo motu qualitercumque per aliorum
ornati fuerint et ferunt in terrenum ut ex
compia faciunt bonorum temporalium sicut iste
claudus baiulabatur quod cottidie ante
fores templi non ut intraret templum
sed ut faceret questum tantum e affectum tem-
poralium delectatio quod puerum corporis usque
nature derivatione decursus quamquam sitium
fecit hominem quia ad ymaginem suam
quod eciam testatur statura corporis erecta
ut scilicet mens debet habere erectam ad cele-
stium contemplacionem sed ipse se inclinat ad
fedam carnalis spurcicie voluptate
ad modum claudi contracti unde dicit Bernardus super
cantica simone xxx^mo quid indecentius
quam curvum animum in recto corpore gerere et
subdit erubesce ergo anima mea divina-
m speciam commutasse similitudinem erubesce
volutari in ceno que de celo es hic ille
tales designantur per illum claudum de quo
legitur Actuum xiiii^o qui erat curvus
et contractus et reptabat per terram unde et
dixit paulus surge super pedes rectus
sed verbum eternum veniens in mentem hanc tem-
poralem claudicatem repellit et mentem
recte ambulare facit ymo et exilire et
deum laudare hec enim tria leguntur de quolibet
istorum claudorum scilicet quod ambulabant
et exiliebat et deum laudabat primum
refertur per magis proprie ad primos secundum
ad secundos tercium ad tercios primos facit

ambulare in via tarditie accionis per
exercitium vite active unde christus sanat
istum languidum in porticu salomo-
nis piscina quia multi ibi lague-
bant erat quasi hospitale in quo
opera misericordie exercebat Item aquam
piscine pro tempore ab angelo movebatur
quod similiter pertinet ad vitam activam
que in motu consistit Item christus dixit
illi Surge tolle grabatum tuum et
ambula in quo eciam bonorum operum
exercitium datur intelligi unde Beda
Quid est dicere surge et ambula nisi
a torpore et ignavia in quibus plus
iacebas exurge et in bonis operibus
proficere stude tolle grabatum tuum idest
tuum quo portaris et ipsum paciente
tollera unde Bernardus in quodam simone
quociens suggestionem boni operis
senseris in corde tuo da honorem deo
et age reverenciam verbo eius vox sonat
in auribus tuis secundo facit exsilire
in via dei vel divine cognicionis per
exercitium vite contemplative unde ille
claudus ad verbum petrus elevatus statim
intravit in templum ambulans et exili-
ens et laudans deum per templum
intelligitur mentis excelsitudo ubi contem-
placio perficitur ad illud templum ille
qui diu claudus fuit intrare non po-
tuit nec baiulabatur in templum sed extra
ad portam speciosam per quam humanitas
christi intelligitur unde secundum Iohannem x^o
Ego sum hostium que dicitur speciosa
iuxta illud psalmi speciosus forma pre
filiis hominum per hanc igitur portam intratur templum
quia per manum ductor humanitatis pervenitur
ad contemplationem divinitatis que licet divinum
sed perficiatur in mente sive in templo intel-
lectualis ubi veri adoratores ado-
rant patrem in spiritu et veritate Iohannis
x^o Ubi eciam ubi christum in templo celebratur
sed in templum non ingrediuntur claudi
de quibus hic loquitur Tercia ut
dicit gregorius v^o moralium Mens in
aliam divinum intimi contemplationis
non rapitur nisi prius studiose attencione

desideriis tumultu copia. In cuius fi-
gura prohibitum fuit lege ne clau-
dus intraret in templum leviticum. Ex quo
soli autem post illum intraret primum in templum
illud et hoc per portam speciosam que
habet porta domini misit omnibus in ea
bona sunt dicit quod dominum claudus ille
intravit templum non solum ambulat
sed etiam exilivit quia accepto verbo
eterno mentis tedio et sompno tepidio salit
et exilit tamen semper contemplatione transcen-
dit. Unde de adventu ubi in mente
dicitur Cant. ii modo iste venit saliens
in montibus transiliens colles. Ubi
enim etiam non venit claudicando
vel tarde passum mittendo quia ne-
scit tarda molimina spiritus sancti gra-
cia. Ambrosius sed venit saliendo. Unde
et mentem salire facit. Salire montes
in motibus et transilire colles per
montes intelliguntur summi contemplacio-
nis modi et competit magis contempla-
toribus de quibus dicitur in psalmo Mon-
tes exultastis sicut arietes. Per colles enim intel-
liguntur puri contemplativi et communes
contemplacionis modi. Verbum ergo eterni
veniens facit mentem salire in montibus
id est summis elevacionibus graduum
contemplacionis semper ipsam extendere
facit et eam transilire colles id est communes
modos contemplacionis in mentis eleva-
cione. Debet saltum intelligi illud
ysa. xxxv Tunc saliet sicut cervus
claudus. Cervus enim est animal gressibi-
le habitatorem suam habet super terram sed cum saltat
elevatur ultra terminos sue naturalis habita-
cionis. Sic anima contemplativa in extasi
saltando in contemplacione a semetipsa
extra [illegible] supra semetipsam mentis
elevacione vergetur natura possibi-
lem terminos supergressa. Ut tercio facit
ire et deum laudare in via voluntarie
passionis per virtutem paciencie et signatur
in curacione cuiusdam claudi contracti
quem paulus curavit et sanavit
de quo Act. xiiii legitur quod quidam vir
in listris infirmus pedibus sedebat

claudus ex utero matris sue qui numquam
ambulaverat. Hic audivit paulum lo-
quentem qui intuens eum et videns quod
haberet fidem dixit voce magna surge
super pedes tuos rectus et exilivit
et laudavit deum. Claudus ille qui
ut dictum est designat mentem a carna-
libus affectibus adhuc incurvatam
ad penitenciam. Ubi enim quod audivit a
paulo scilicet curatur [illegible] quod in
prima utilis tribulacio omnia tamen [illegible]
omnis tribulacio est utilis et consolatoria
et eo magis quanto [illegible] tollerat
asperam quam primus consuescat blandi-
tiis lubrica ymo talis mens in omnibus eo
quod sustinet deum laudat. Unde dicit David
psalmo Voluntarie sacrificabo
tibi dicat sic voluntarie deo sacrificant
qui inter angustias passionum deo
gracias agunt. Expeditius [illegible]
quod mens amplius claudicare predicta cura-
ta accepto verbo eterno ambulat tripli-
ci via scilicet actionis contemplacionis et volun-
tarie passionis. Sed queritur quod illorum
sit melius et nobilius. Respondeo vita
activa est difficilior quia laboriosior
sed et fructuosior ac per hoc magis meri-
toria. Sed dicitur luce x Maria meliorem
partem elegit ergo magis meritoria. Dicen-
dum quod unum est meliore quia sine ulla
comparacione cum sit quedam inchoacio futu-
re beatitudinis vel contemplativa dicitur melior
inquantum includit et presupponit activam
et ut sic est meritoria ceteris paribus.
Vita vero passiva qua quis voluntarie
et paciens patitur omnia mala pro certis vi-
te propter deum quietior est aliis duabus
tam activa quam contemplativa distin-
guendo eo quod passiva ab activa
dicit alios pati adversa [illegible] activa
[illegible] vitam [illegible] aut hec quietior sit
aliis [illegible] quia activa quidem tota plena
est labore et inquietudine. Hec vero qua
vero vita passiva semper quieta
est pro quanto scilicet mens sancta omnia si-
bi sapit quasi bona ut dicit Gregorius in quinto
libro moralium. Vir mentis integre forti intentione

in deum dirige. quamquam de vita sibi hec
amarum sit sibi dulce estimat omne
quod affligit regnum sibi reputat et
idem est quod solus ille in rebus vite pas-
sive dicitur possidere serpas in paciencia
vestra possidebitis animas vestras
Luce xxi^o possidebitis inquam pacifice
et quiete omnia ut dicit Gregorius in
omelia quia nobis ipsis per pacienciam
dominari discimus magnus possidere
quod sumus. Et hec omnia tria beata
virgo habuit in summo et colliguntur ex
isto evangelio / exurgens et veniens
ipsa ambulavit per viam vite active
unde dicitur ibi quod exurgens abiit cum
... et ad quid ... ad elizabet ut
ei impenderet humanitatis obsequia ...
ministerium. Item ipsa abiit per viam
vite contemplative quod innuitur cum dicitur
abiit in montana cum festinatione et ...
saliens in montibus et in altitudine con-
templacionis ... in saltu ...
... iohannis cum dicto ...
exultavit Luce 1°. Item ipsa deambu-
lavit eciam per viam vite passionis
cum doloris gladius animam eius pertransi-
vit tamen cuius mentem vulneravit et quantum
umquam extitit homo dolore passionis
... tamen cuius mens delecta
fuit. unde ... fidem ... constituit
sed semper divine voluntati conformis fuit
Non enim dubium quin de omnibus deum
laudavit. Unde de predicto cuius cantavit
Magnificat anima mea dominum quod can-
ticum non dubium quin de tota sua vita ex
corde impressum fuit. Tertium namque
signum ... ubi etiam ... est
claudorum ambulacio hoc signum sensit
ipse ... super Cantica
Nam ut ... venit ...
... animam meam et hec
quantum ad sanationem primi claudicationis
et subdit monuit et emollivit et vul-
neravit cor meum et hec quantum ad sa-
nationem secunde claudicationis. Et sedit
... quamquam evellere et destruere et
edificare et plantare ...
prava in directa et aspera in vias
planas ita ut ... anima mea

domum et omnia que intus me sunt
nomini sancto eius et hec quantum ad
sanationem tercie claudicationis.

Leprosi mundantur. Iste quartum
signum adventus et eius signum
manifestat. ... vide de ...
tu ubi etiam ... quod est
defectuum culpabilium omnimoda depuratio
quod notatur in leprosorum mundatione
cum dicitur leprosi mundantur. Sunt autem
naturaliter triplex defectuum culpabilium
species quam triplex lepra. Primum tres
vires ... lepra ignorancie in racionali
concupiscibili ... et ... irasci-
bili. Et hec triplex lepra generata
fuit a primis parentibus in paradiso per primum
peccatum ... suggestionem serpentis
qui promisit sciam bonum et malum quantum
ad primum equalitatem dei: eritis sicut
dii quantum ad secundum et ostendit ... pulchritudinem
et suavitatem pomi: quantum ad tercium et
sic ... sunt lepra de omnibus
membris ... que ... fuerant
... propter quod electi fuerant extra pa-
radisum et extra societatem angelorum
et ... contra ... leprosorum
leprosorum hoc sciens ille sapientissimus
Salomon petiuit ab hiis tribus se mundari
dari Ecclesiastici xxiii^o Domine deus et pater
vite mee ne derelinquas me ne ...
stant ignorantie mee quantum ad primum
extollentiam oculorum meorum ne dederis
michi quantum ad secundum aufer a me ...
... quantum ad tercium Et ista tres
contagiosi defectus veteris hominis fi-
gurati sunt per tres leprosos veteris
testamenti. Prima enim lepra fuit Moysi
de qua loquitur Exodi iiii^o quod ei petenti
signum datum est a domino mitte ma-
num tuam in sinum tuum quam cum misisset
in sinum protulit lepram et quidem ...
in sinum tenuit sanata est ... extra
sinum eam protulisset lepra apparuit
et cum iussu domini iterum retraxisset ma-
num in sinum iterum sanata est. Per sinum
intelligitur ... sacre scripture
vel ... sancte matris ecclesie in qua
sedent ... filii ...

hereticus dicat sicut et quod cum manu
tuam et dexteram tuam in sinu tuo In hoc
sinu quem deus meus ipsa ibi mora sana
est et deo accepta Si quando extra ponitur
lepra erroris apparet Si mox tamen ad
vocem domini audientis verbum salutiferum et
manum mittis ad librum mundatus es
Ut gregorius Nonnulli dum plus exquirunt
contemplando quam capiunt usque ad per-
versa erumpunt et dum veritatis discipuli
esse humiliter negligunt magistri errorum
fiunt qui tamen contra fidem suam errores et
fantasias hereticas fingunt a mentibus
fecerunt contra quos est constitutio extra
de hereticis hos sponsus iubet capi a
doctoribus Cantica 2 capite vulpes
parvulas que demoliuntur vineas
Hec defectio contagiosa adhuc signatur
in maria sorore moysi de qua legitur
numeri xii cedens ipsa ad Aaron
murmurare contra moysen indignando
dicit Numquid nobis sicut et moysi
locutus est dominus q.d. Immo nobis
Moyses preesse non quia locutus est ei
dominus quem super hoc reprehensi a domino
in nube audierunt ut quod dixerant
post moysi qui ei prefecerat Et recessit
nubes et ecce maria apparuit le-
prosa lepra ergo marie fuit a su-
perbia et extollentia sua quia voluit
se preferre moysi Sic multi sunt hoc
[illegible] lepra infecti Unde Bernardus hoc sua
exempli occupavit nos lepra superbie
proprietatis possessionum in gestu vestium
in voluptate ciborum in ore et duplici
et corde simili In ore tamen in adversis
murmuramus et in prosperis arrogantes
nos commendamus In corde propter vo-
luntatis proprium consilium Sic hu-
iusmodi in naaman siro iiij regum v
Naaman interpretatur commotio sive hu-
mectus significat fomitem concupiscentie
quo humectatur caro et conciatur quedam
commotio in carne contra racionem Et licet
humectans commotio fomitis tollatur
in baptismo quantum ad culpam origi-
nalis peccati remanet tamen quantum ad penam
et quia caro infecta peccato non solum inficit
personam sed naturam hinc est quod cum
semine transfunditur in carne aliorum
propagandorum quod in mundo in hoc quod

tamen Naaman mundatus fuisset a lepra ex
septena lotione in iordane per heli-
seum nichilominus postea lepra naaman
adhesit Giezi qui interpretatur semen
quia mundata culpa originalis peccati
nichilominus adhuc remanet eius pena
in carne et in radice seminali in
genere [illegible] in posteros [illegible] hominis [illegible]
[illegible] in [illegible] concepti sunt de-
inde verbum eternum tamen in mente fuerit
receptum ab omnibus potentiis infirmitates
animarum mundat et sanat racionem infirmitatem
[illegible] mundificat a lepra ignorantie et
erroris infirmitatem irascibilis a lepra
extollentie et tumoris infirmitatem con-
cupiscibilis a lepra concupiscentie
et languoris [illegible] Et ideo
verbum eternum sit ipsa veritas increata
non comparatur [illegible] mente aliquem
sine errore Iohannis xvi Cum autem
venerit ille spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem et hoc figuratum
fuit in Simone leproso quem dominus
mundavit et curavit sicut enim ipse
domum hospicio receperit dominus licet
se hospitalem apparere [illegible]
Simon habeo tibi aliquid dicere luce
vij Sic verbum eternum utique adhuc
in medio hospicio receptum fuit ut
de [illegible] mente movet et docet
movet memoriam movet voluntatem
docet racionem nec aliter palam in me-
tendis quia possidet habitaculum pura
reside Sicut patet Eidem verbum
veniendo in carne servivit ipsum et
in animum et in omnibus operibus suis
nisi habuit humilitate dicit autem dominus
mathei xi Discite a me quia mitis
sum et humilis corde Constat ex
precedentibus quod verbum eternum de-
dignatur inhabitare mente elatum
et superbam et hoc figuratum fuit in
leproso samaritano mundato a domino
cum fuit unus de decem leprosis
mundatis luce xvij Ubi legitur
de isto quod regressus est cum magna
voce et cadit ad faciem suam an-
te eum dominum gracias agens Cuius
exemplum patet in sancta femina elizabeth

hic

Cum beata virgo ad ipsam visitanda
venisset ait Unde michi hoc quod mater
domini mei veniat ad me reputans
se indignam gratias egit sic et ipsa virgo
beata cum virum etiam in utero portavit
et ad inferiorem se inclinavit in eo quod
dixit Maria respexit humilitatem ancille
sue ubi oblita omnium virtutum de sola hu
militate gloriatur [illegible] pr
Cum enim verbum etiam sit candor lucis
eterne et speculum sine macula ut dicitur
Sapientie vii Certum est quod dedignatur inhabi
tare animam concupiscentie carnis maculatam
quia in malivolam animam non introibit
spiritus sapientie vmo mox ad sui presentiam
mens ab huius concupiscentie depurabit
Unde [illegible] super [illegible] in sermone ximo
Ignis ante ipsum precedet qui gentem co
sumit rubiginem viciorum et ipse preparet
locum domino et tunc scit anima quod iuxta
est dominus cum se sensit succensa isto igne
scilicet amoris et sancti desiderii et hoc
figuratum est in isto leproso de quo Matheus
viii° dicitur Ecce leprosus adorabat ihesum
dicens Domine si vis potes me mun
dare et extendens ihesus manum tetigit
eum dicens volo mundare et confestim eius
lepra est mundata et ait ei vide nemini
dixeris sed vade ostende te sacerdotibus Ubi
primo tria innuitur remedia ex parte nostra
que iuvant nos ad emundationem lepre
concupiscentie carnalis et deinde quinque
alia ex parte dei primum quod remedium
ex parte nostra est cogitacionum in deum direc
tio scilicet quando anima avertat mentem et omnes
sensus suos ab oblectamentis et con
vertat se ad cogitandum de divinis iuxta
illud ps. Iacta cogitatum tuum in domino
quod innuitur in eo quod dicitur leprosus
veniens ad ihesum secundum quod verbo veniens
innuitur motus anime quantum ad conver
sionem ad deum et aversionem a concupi
scenciis illecebris et illud est primum
remedium contra carnis temptacio
nem quod consistit in avertendo et fugien
do. 2m est divini auxilii imploracio non
enim ex nobis sumus sufficientes vincere
carnem nostram quia nemo potest esse con
tinens nisi deus det Sapientie viii°

Unde beatus Augustinus x° confessionum Iubes con
tinenciam nobis domine continenciam
da quod iubes et iube quod vis et
hoc innuitur in eo quod dicitur quod leprosus
ille adorando ambulabat Tercium est
verbi divini et operum christi devota medita
cio inter alios effectus ubi enim est iste
vivus quod hec mente et carne divinum
adiuvat ad hoc motus carnales reprimere
iuxta illud ad Hebreos iiii° Vivus est sermo
dei et efficax etc. Et sequitur pertingens
usque ad divisionem anime et spiritus compage
rum quoque medullarum etc. Et ideo nos christi
opera cuius verba [illegible] etiam deinde
certo sit una instructio. Unde quilibet per
huiusmodi meditacionem potest dicere illud Aba
kuk iii° Domine audivi auditum tuum
et timui consideravi opera tua et expavi
peccare Et hoc innuitur ubi quod ille lepro
sus dixit Domine si vis potes me
mundare unde hoc sciebat nisi verba
eius audierat et miracula viderat
Possumus autem ex verbis istius scilicet le
prosi quinque elicere que homo in tempta
cione carnis potius meditando debet
advertere primo debemus considerare nobilitatem
dei a qua nos declinamus peccando
quod notatur in eo quod dicitur Domine Osee
iiii° Dominum dereliquerunt non custodiendo
eius mandata. 2° debemus considerare er
ga nos benignitatem dei quia vult
omne bonum nostrum quod notatur in eo quod
dicitur si vis et quia ipse utique vult
quicquid bonum nobis esse cognoscit
prima [illegible] est voluntas dei
sanctificacio vestra Et potest Tenuisti
manum dexteram meam scilicet in bono sic tu
me confirmando et in voluntate tua de
duxisti me ad perfectum bonum non sinu
me deviando et cum gloria suscepisti me
in bono feliciter perficiendo Tercio con
siderare debemus super nos dei maie
statem quia potest nos coronare si vin
cerimus et dampnare si in temptacio
nibus succubuerimus. Non modicum ani
mantes per consideracionem premiorum et
penarum sicut in milicia carnis contra
carnem meditandum est de gaudiis pa
radisi et de penis inferni et hoc
notatur ubi dicitur potes Sapientie xvi° Tu
es domine qui vite et mortis habes

ptatem et deducitis usque ad portas
mortis et reducitis. Secundo considerare
debemus miseriam nostram fragilitatem
quantum ad corpus et nostram nobilitatem
quantum ad animam. Quid enim est homo secundum
corpus nisi corpus fetidum et saccus
stercorum vermibus plenus omni spurcicia
et cibus vermium ut dicit Hugo. Secundum animam
vero homo est res nobilissima et incorpo-
rea et immortalis deo simillima huius
ymagine sui creatoris ut dicit beatus
Augustinus. Hoc si quis meditetur homo re-
creationis sue providebit cum sequi litigium
cupiam carnis tam fedam deserere
animam tam nobilem. Unde Seneca dicit
Cur homo animam tuam vilipendis et car-
nem eius preponis dominam facis ancillam
et ancillam facis dominam magna ab-
usio est. Ista considerans quosdam Se-
neca licet gentilis dicit in epistola scribi
Melior sum et ad maiora genitus
sum. Tercio considerare debemus peccati ipsius
turpitudinem et vilitatem et precipue
peccati mortalis. Prima ut dicit Innocencius
de vilitate conditionis humane. Ideo solum
maculat animam sed et fedat personam
semper precedit ardor et petulancia semper
comitatur fetor et immundicia semper
sequitur dolor et pena. Hoc etiam considerans
Seneca dicens Si scirem deos ignos-
cituros et homines ignoraturos adhuc
peccare dedignarer. Et hoc notatur per hoc
mundare a lepra scilicet peccati. Unde propheta orat
dicens Amplius lava me domine. Et statim
tam huius lepre assignat dicens Sicut enim
iniquitatibus corporalibus sunt. Deinde
dimittitur quinque ex parte dei quibus mundatur.
Primum est communis auxilii porrectio
quod notatur in eo quod dicitur Et exten-
dens ihesus manum tetigit eum. Communem adiuto-
rium gracie prevenientis qua monet liberum
arbitrium ad bonum et cohibet a malo de
qua manum dicitur in ps. Cum ceciderit
non collidetur quia dominus supponit manum
suam. Secundum est gracie spiritualis collacio
quod notatur in eo quod dicit tetigit eum
scilicet conferendo ei graciam spiritualem qua
possit resistere inclinacioni fomitis
de quo tactu sponsa Cant. v Dilectus
meus misit manum suam per foramen
et venter meus intremuit ad tactum eius
ubi per tactum manus intelligitur gracia
spiritualis. Per foramen intelligitur illa pars
qua anima est capax divine inspiracionis
per ventrem eius memoria intellectualis
que ad huiusmodi tactum contremiscat ut
homo semper timeat peccare et deum
offendere. Tercium est singularis
instinctus inspiracio quia facit deus ali-
cui simpliciter inspirat beneplacitum sue vo-
luntatis quod notatur in eo quod dicit volo
mundare. Unde prima Thess. iiii° hec
est voluntas dei ut abstineatis vos
ab omni fornicacione ut sciat unusquisque
vestrum vas suum possidere in sanctificacione.
Hanc voluntatem specialiter inspiravit dominus
virginibus sanctis et continentibus
et aliis personis sub voto castitatis degen-
tibus. Quartum est mundane glorie
prohibicio quod notatur in eo quod dicitur
Vade nemini dixeris. Nam deo non placet
castitas sine humilitate. Unde secundum pa-
rabolam ewangelii virgines ille
fatue gloriam humane laudis appeten-
tes exclusae sunt a nupciis sponsi
ubi autem dicit beatus Augustinus super hac
Audeo dicere superbis continentibus
expedit cadere ut in eo tempore in quo
se extollunt humilientur. Quid enim prodest
continencia si ei dominetur superbia.
Quintum est sacramentalis remedii exhibicio
quod notatur in eo quod dicit Vade ostende te sa-
cerdotibus. Nam sicut per sacramentum baptismi
tollitur originale peccatum sic per sacramentum
penitencie peccatum actuale tollitur et nullum mo-
dicum remedium est contra incentiva fomi-
tis frequenter confiteri peccata sacerdoti. Nam
ex vi sacramenti quodammodo quod semper
in aliquo diminuit fomitem tum ex erube-
scencia confitentis qua eciam multum trahitur
a peccando tum ex instruccione sacerdotis
ostendentis gravitatem peccati et magnitudinem
pene quo eciam omnia valent ad restriccionem
pronitatis peccandi sine ad peccandum. Unde
dicit beatus Augustinus libro de penitencia Con-
fessio est salus animarum dissipatrix viciorum
restauratrix virtutum oppugnatrix demonum.
Quid plura obstruit os inferni portas
aperit paradisi. Et secundum ipsius tamen qualiter unum
eciam in medio corporis mundificat conscienciam
sine corporali lepra langworis. Sic
mundata et bene depurata fuit virgo

maria qui fomes in ea fuit totaliter extin
ctus Sic et iohannes baptista adhuc exis
tens in utero matris repleta ubi etiam fuit
sanctificatus et ita a fomite mundatus
ut non possit unquam peccare mortaliter et licet
mansit in eo fomes peccandi venialiter
huius tamen in virtute ubi etiam tantus eius vox
erat restringit ne leui saltem possit ma
culare vitam faciens Tamen et quali
libet necessitate peccati cottidie fomitis deli
ctaque restringitur plus vel minus peccato
Ubi etiam acceptus fuit in ea corporalis
et secundus celebrata quando ipsa anima se
sensit ab hac triplici lepra mundatam
Primum est sic vim etiam excepisse hoc etiam
Secundum in se sensit Cantica canticorum quinto Similiter
uolntans inquit in me cognoscens
vim etiam sponsus meus refugia uictore
carnalium quoque expressione affectum ad ubi
puritatem eius et hec quarta ad mundacionem
tercie lepre Et subdit condescensione ire
gratificacione stultorum meorum admiratus
sine profunditatem eius sapie et hec quarta
ad est mundatam prime et secunde lepre

Sedi audiuit visis tribus signis
aduentus verbi domini sequitur
quartum quod est verbi dei diligens
auditio quod notatur in secundo
auditione ad dictum Sedi audite
Ubi sunt tria notanda primum est ex quibus
causis verbum auditorum naturaliter est surdum
et spiritualiter surdum reputatur Quoniam qualiter
humana surditas curatur Tertium quos fructus
mentis extenditur ubi percipiat Circa ad
primum est sciendum quod verbum etiam dicitur per ac
api cognomine dicatur verbum dei quod aure
exteriori auditur Alio modo quod per occultos
instinctus aure cordis percipitur et quid
ad utrumque verbum dei audiendum mutum au
ditorum naturale est surdum quod contingit ex tribus
Primo ex sensuum allectione Quidem enim ad
huius cognicione ipsorum assiduis homines tene
ri et stupidis delicti sequitur sensibilia
~~audiendo~~ hanc rerum ita eis dimergunt
et alliciunt ut de intellectualibus et pre
sertim de supernaturalibus et diuinis audire
non possunt nec loqui Unde illud Iohannis tertio
Qui est ex deo est verbum dei audit qui de terra
est de terra loquitur et Iohannis octavo Unde
etiam de isto populo carnali et spiritualia infe
ctante conqueritur dominus per prophetam dicens populo

dicens Et non audiunt populus meus vo
cem et israhel non intendit in Psalmo Secundo Et di
missi eum desideria cordis eorum et propter quod
una causa quare quidam non audiunt
verbum dei quia adeo dimissi et desideriis de
relicti inseruiunt spiritualia eum desideria cor
dis sui Secundo illud contingit ex liberi
arbitrii depravatione Cum enim ex tradicione
primi parentis liberum arbitrium sit in nobis
sit depravatum quod promptius sit ad malum
quam ad bonum ut dicitur Genesis octavo Unde
est quod plerique corruptissime volunt verbum dei
audire contempnunt sicut illi de quibus Iudicum
Danyel xiii Declinauerunt ne audirent
legem Et psalmo Sicut aspidis surde obturantis aures suas
assidue surde obturant aures suas
Tales fuerunt lapidatores sancti Stephani
de quibus actuum septimo Et stephano
eis proponente verbum dei continuerunt au
res suas sic faciunt qui verbum dei exhorte
predicantis audire nolunt et respuunt
vel etiam qui diuinis instinctibus resistunt
quos redarguit Stephanus ibidem dicens
Vos spiritui sancto resistitis semper
Tertio contingit ex dyabolica instigatione
seu insidiacione Dyabolus enim ingeniis
suis audientibus verbum dei insidiatur ne verbum
dei eorum cordi imprimatur ut patet parabola
de semine Matthei tertio decimo Ubi dicitur quod illud
quod secus viam seminatur volucres celi
comederunt illud quia venit dyabolus et
rapit Nec mirum quia nodum vagio cordi
est receptum ut dicit Remigius Sunt
nonnulli qui verbum dei nulla cordis deuo
cione suscipiunt et ideo demones verbum
dei quasi semen vite subito auferunt
Ratio autem quare dyabolus specialiter
verbum dei impedit est ita ut dicit petrus
Rauennensis Quia primordia sanctitatis
in ipso initio extinguere satagit scit enim quod ea
fundata firmata que subuerte non possit
Et quia in audiendo verbum dei seminantur
primordia sanctitatis Unde quis vult apostolus
Corinthiorum vel de bono in melius proficit
ex auditione verbi dei Unde beatus Augustinus
comparat verbum dei corpori christi dicens Non
minus est reum qui verbum dei negli
genter audit quam ille qui corpus christi
negligencia sua in terram cadere permittit
et ponitur primo q. i. Interrogo vos intelligens
et sane non referendo comparatione ad
ipsam collatam sed ad nos quo ad form

quitd ad interiora efficit in nobis et ma
xime cum est de verbo receta [illegible] Tertium ex d
ictum statim quod huius surditas per adue
ntum vbi in mente curat ysa^e xxix
dicitur in illa die surdi verba libri
huius Et sicut illud erit signum vbi
dei adventus in carne ad litteram sic et
nunc adventus vbi in mente spiritualis
litteram in ista s. die qua verbum dei in mente
venit illi qui prius erant surdi eo mo
quo dictum est tunc audient verba huius li
bri videlicet evangelice predicationis vel etiam
occulte inspirationis etc. Quod sic declara
tur Sicut enim verbum eternum fuit conceptum in vir
gine verbo nuncii gabriel per aurem vir
ginis intrante vt dicunt virginis sunt consum
mentis cui dixit Ecce ancilla et
postea silere non potuit nec silere [illegible] mo
mento beate virginis continuis affatibus
illuminabat ac circa personam et circa alios
alloquebatur ut patuit in salutatione eli
zabeth vbi cum [illegible] virginis ipsi elizabeth
alloqueretur cuius allocutionis virtute iohannes
exultavit in vtero matris et tamen ipse qui
mater psallit sic similiter contingit
anime devote in qua verbum eternum conceptum
[illegible] dignatur affatur
et plerumque per os eius anime divina
gratia etiam in alios redundant transfundit
et hec [illegible] per [illegible] cuiusdam persone reve
latione [illegible] fac michi domine cellulam
de corde tuo in qua sine [illegible]
et delector et hec domus habeat tamen vnam fe
nestram per quam tibi et hominibus loquar
et dona mea distribuam vt [illegible] Ostende
nobis domine viam tuam [illegible] verbum tuum et
tunc statim dicitur Audiam quid loquatur
in me deus vnde Bernardus super cantica
sermone lxxiiii^o [illegible] in aperi
aures ut intelligam scripturas aut ser
mone sapientie quasi ebullire intimis
non ambigam [illegible] adesse sponsum suum
eternum signum hodie copie sue et de
plenitudine eius ista accepimus [illegible] vnde
Idest facit beatus Augustinus [illegible] ut
non acceperit verbum divinum [illegible] ante orat
in sol. [illegible] sit deus qui nos purgas
et ad dona preparas [illegible] tu in [illegible]
Iube queso et impera quemadmodum vis sana
et aperi aures meas quibus voce

tuam audiam Et iam se confessus [illegible] au
res cordis mei o domine [illegible]
eas dic ergo anime mee salus tua ego
sum et [illegible] voce potius in illis [illegible]
gelando x^o libro confessionum Sero te amavi
pulchritudo mea tam antiqua etc et sequitur
vocasti et clamasti et rupisti surditatem
meam hec Augustinus Modus autem quo
verbum eternum curat surditatem anime describitur
Marci vii^o vbi dicitur Et cum domino
adiectus fuisset quidam surdus et mutus
ipse apprehendens de turba eum seorsum
misit digitos in auriculas suas
et expuens tetigit eius linguam
et suspiciens in celum ingemuit et
ait Ephpheta quod est adaperire Hec
omnia mistice complentur in mente Illam ad
veniens verbo apprehendit hominem de turba seorsum
Non enim verbum eternum venit ad hominem [illegible]
in [illegible] sine de turba mundane [illegible] sed
potius ad [illegible] in solitudine mentalis
abstractionis [illegible] Osee ii^o Ducam eam in soli
tudinem et ibi loquar ad cor eius Quod
vero digitos misit in auriculas eius
signat instillationem donorum septiformis spiritus
per que datur spiritualis auditus vbi
dei in mente vnigena [illegible] Luc. xi^o Si in
digito dei eicio demonia Tetigit etiam
linguam eius sputo per sputum quod de
divino ore mittitur signat gratiam divinam
que cum verbo eterno de ore patris eliciatur
Iuxta illud Eccl. xxiiii^o Ego ex ore altis
simi prodivi vnde fit ut lingua mentis
vnigene ad laudandum deum habilis efficiatur
Per hoc autem quod in celum suspiciens in
gemuit dedit intelligere non quod ipse opus
sit aliquid cum gemitu postulare preci
bus ut dicit Beda sed nobis dedit forma
[illegible] devote quod ipsa debet semper cum mi
nis gemitibus ad celestia suspirare
dicens cum propheta Heu michi quia incolatus meus
prolongatus est etc. Dixit autem ephpheta quod
dictum est quod aperire [illegible] mentali auricula
sis aperta eo enim ipso quod deus loquitur anime
devote per inspirationem verbi eterni auricule
mentales aperiuntur et mens ad audiendum
verbum eternum idonea efficitur // Quartum ad
[illegible] est sciendum quod vbi verbum [illegible] efficitur
et tertium sic multiplicem fructum gignit in

auditoribus secundum quemlibet statum hominis
Nam verbo dei fideliter audito perfidos
et peccatores a peccatis commissis mundificat
unde dominus dixit discipulis Johannis xv° Iam
vos mundi estis propter sermonem meum
Item incipientes a peccatis ne perpetentur
preservat ps In corde meo abscondi
eloquia tua Item proficientes ad bonum
cognoscendum illuminat ps lucerna pedi
bus meis verbum tuum Item contemplatio
ad divinum amorem inflamando ps Ignitum
eloquium tuum Item perfectos ad me volu
ptatis consummationem instigat Cant v°
Anima mea liquefacta est Item hominem
devotum et desertum demonstrat Johannis
viii° Qui ex deo est verba dei audit Item
hominem verum conservatum efficit Johannis v°
Qui manserit in me Item orationes ex
audibiles facit Johannis xv° Si manseritis
in me etc Item quemlibet fidelem a morte
perpetua preservat et liberat secundum illud Johannis
viii° Si quis sermonem meum servaverit
mortem non gustabit etc

Mortui resurgunt etc Ex isto de
primo 2° et tercio et quarto signis
adventus ubi quinque sunt
videndum est de quinto quod est mo
tis hominis universalis renovatio quod
notatur in mortuorum resuscitatione quia
Mortui resurgunt Secundum enim triplicem
torem hominem mortui triplicis accipiendo
triplicem mortem anime Prima mors anime
est adeo damnosa dei exclusio quod sit per
peccatum mortale quo deus repellitur ab
anima ut dicit beatus Augustinus xiiii° de
civitate dei Mors anime fit cum eam
deserit deus Et hec est mors incipientium
qui faciliter in peccatum mortale labuntur
et isti designantur per lazarum langu
idum mortuum et quadriduanum Johannis xi°
ubi dixit martha ad ihesum domine si
fuisses hic frater meus non fuisset mortuus
Ubi nota progressum peccati ad modum
languentis et morientis primo enim quis
dolet caput sed non advertit deinde advertit
dolorem sed remediare negligit quia
dolor nondum venit ad cor deinde do
lor tangit cor sed vadit ad huc quasi
dissimulando postea invalescente dolore

prosternitur ad lectum postea moritur
deinde sepellitur et extunc quadri
duanus efficitur Sic fit in progressu
peccati Nam primo cognoscit caput ra
tionis dolere sicut homo in firmitate
motum non advertit Secundo advertit cogi
tationem et noxiam non tamen resistit etc
Tercio delectatur cogitando et consentit
in cogitatione et tunc primo tangit cor et
hec est limes peccati venialis Quarto
cogitationi illi et delectationi immoratur
et quasi in lecto se volvendo quiescit
et hec ~~plenum~~ plerumque est peccatum mortale
Post hec quinto consentit in opus et
tunc vadit anima moritur et deinde
in perpetratione operis misera anima sepel
litur ibique quadriduana efficitur
per quatuor dies in sepulcro quia quatuor
sequele peccati perpetrati attinguntur quibus
anima ad omnimodam putrefactionem dispo
nitur Nam per peccatum perpetratum sequitur
consuetudo per consuetudinem nequitas
per nequitatem impudentia que includit
peccati defensionem et glorificationem et postea
sequitur quasi quarta dies que est quasi
desperatio quibus quasi quatuor die
bus in sepulcro iacentibus non restat nisi
certa sequens desperatio quasi quinta
dies hec est cathena qua fabricat dia
bolus qua trahit ad infernum animas
Unde ysidorus in libro de summo bono
de istis fomitibus quasi quibusdam
gradibus invalescit omne peccatum Co
gitacio namque prava delectationem
parit: delectatio assensum: assensus actio
nem actio consuetudinem: consuetudo necessi
tatem necessitas mortem Et sub istis gradibus
complectitur eciam alios supra notatos
et sibi subdit sicque in his vinculis ho
triplicatos quondam viciorum cathe
na tenetur constrictus || Secunda mors
anime est ab operibus bonis ociosa
vacatio Unde apostolus fides sine ope
ribus bonis mortua est quasi homo pu
tat se sola fide salvari cavet quidem
malefacere non tamen curat bene facere et est
mors anime Unde Augustinus in doctrina
christiana Non hoc solum a christiano re
quiritur ut mala caveat sed et bona
exerceat quia et si nihil malefecerit nec
tamen quidquam boni fecerit aeterne

vite p̄mũ nõ admitti² si vehemẽ igi-
bus inadapatur sicut in cūrys ꝯvissē
domī legimā de hys qui in̄t mali sũ
aut nec tn̄ aliquid boni opantur di-
sate aīe quia 2ᵒ et bus Augu(stinus)
dicit duo sunt boni quibus erudie(ndi)
videntur et mali bonoꝝ cui bn̄ con-
stantes sunt dyabulus aūt malos
cuiusquisque qui male opatur ꝯ saulꝰ
Non eī a nobis hec soluꝫ posca² ut nõ
vincendo mala simi ce dyabulꝰ et ei
simaturi si vincēdo bn̄ deo sim̄ videa-
mur et quo adeo potuerit spare
etiā vitā quia non meruit hec
Augu(stinus) Et differt huiꝰ mebri ad ...
abisto mebro supam in 2ᵒ processi huiꝰ
simonis de claudicatate quia ibi dcīm
est de illis qui aliquā bonis opibus
extiraci efficiunt² quasi tedio ac per-
sic ꝯcatadia torpet ecto hic vero d(icitur)
de hys qui nuq̄ curat bona facē
et solū conantur a malis abstinē
et utrobique ē defectus vite actiue
quātū ad statū ꝓficientiū et illi di-
cuntur claudi isti nõ mortui et isti
nõ mortui designantur et ꝑ istū
adolescentē vnicū filiū m(at)ris vidue
qui defebatur mortuus extra portā
Tercia mors ē mentis ab actu ꝯtem-
platonis renotata tanto langwore
in se prosternitur q(uod) potius optat et
mori quā agustatā suam te(...)illā
refuta ad carnis molestias redire(t)
vn̄ Bernd(us) super Can(tica) simone xxxviiiᵒ
Anima que semel ꝯ ꝯtemplatõe diuinā
dulcedinē degustauit nosco an nec
ipam vehementiā ad tpris experiri horri-
bilibus penalibus reducitur quā posse
spualis stdy resurgē huiꝰ degustator
semel ꝯire demo ad molestias carnis
vn̄ Bernd(us) simone vnᵒ huiꝰ aīaꝝ
assimulat cacabo ebulienti cui si igne
subtrahit² in se ipo frigescat et ab
actu bulidinis amoritur hec ē mors
ꝯtemplatiuoꝝ et signa² ꝑ puellā
filiā vni(us) principis que erat duo-
decem annorū Aug(ustinus) vnᵒ que etas
ē nubilis et signat aīam aptam

in ptib; ubi etiā que mortua iacebat
in domo ꝯ qua erant tubicine ad
turba tumultuate per que intelligi²
tumultus carnalium delectationū seu
sensibilium que fit in domo aīe ab
actu ꝯtemplatonis reuoce. Nec tn̄
ucatur talis anima mortua ē etiā
dicit xp̄us non ē mortua puella sed
dormit Unde Bernd(us) adducit illud
ꝓu(erbiorum) xxivᵒ Septies in die cadit iustus
et septies resurgit dicit de cōplici
morte quo subiecti sumus nali nõ
bispib(us) delicti eni sumus de natura
fily ire quātū ad p̄ma morte nec ꝑ
nos ad actū ꝯtemplatonis quātū ad
etiam nec etiā vnitorie opari quātū
ad tam Sed xp̄us et uult remedū ꝯ morte
ab hac triplici morte aīam resusci-
tat ad vitam ipe qua aīa deo re-
conciliat² aliter ad vitā actionis me-
ritorie qua aīa virtutibus deco-
ratur atria ad vitā contemplatiue
prelibatorie qua suēs intimo guste
refitatur et delectatur primu pz quia
sicut corpus vivit ex coniunctione aīe
ex unione dei per graciam ut dr in simoe
de iuribus Unde aplus ad Galathas
vivo ego iam nõ ego Et q(uod) vivifi-
catio designa² in resuscitatõe lazari
de sepulcro in quo tria sunt processus
qualis quottie(n)s sit ꝯ resuscitatione
lazari id est aīe a morte pctī Nam
prima dn̄s venit illuc in quo nota²
liberi arbitry motio in deu q(ua) aīa
per pctīn adeo auersa conuertit se ad deū
Secundo querit dn̄s ubi pctor sit in
quo nota² cognito pctī in qua dn̄s
querendo reddidit hoīem sicut etiā de
Adam quesiuit ubi es Tercio fre-
muit spu lacrimatus ē: in quo nota²
dolor et contricio que dē hīr pctor
de pctīs pctīs ad ipe dn̄s ex ꝯpassione
pctoris fleuerit // Quarto lapide
remoueri precepit in quo nota² ꝓpositū
carendi pctī: lapis sup sepulcrū
est durities ꝓponi peccandi ꝫ male
ꝯsuetudinis Tren iiiᵒ lapsa est
in morte vita mea posuerunt s(uper) me

lapidem Tunc enim lapis tollitur cum
moles male consuetudinis atque duricies
peccati de corde deponitur et amouetur
et tunc feditas cadaueris detegitur etc.
Ideo dixit martha domine iam fetet
Sic duricia cordis amota videtur
vilitas peccati ex quo sequitur peccati abho
minatio et concipitur propositum ultimus
non peccandi // Quinto clamat voce
magna dicens lazare veni foras in
quo notatur gracie infusio qua iustificatur
impius / Clamor enim magnus significat
magnitudinem diuine virtutis que exigitur
in iustificatione impii quia maior est
illa quam creatio celi et terre secundum augustinum
Sexto lazarus ligatus prodiuit de
sepulcro in quo notatur peccatoris con
fessio prodire enim de occulto est per
confessionem venire Et dicitur quod etiam
peccato dimisso sequitur tamen adhuc confessio
iuxta illud psalmista Dixi confitebor domino
Nota quia ligatus prodijt quia licet
prius iustificatus per graciam obligatus
tamen remanet ad confessionem ut dictum
est / Septimo eum discipulis soluendum
tradidit: in quo notatur absolucio sacra
mentalis Ioh. 20 Quorum remiseritis
peccata remittuntur eis / secundum patrem ut dicit gregorius
in moralibus Sicut hic vitare adam de corde
probant vitales spiritus corporis Sic sicut
vim de anima probat vita spiritualis illud
ex visu et auditu cognoscitur illud
ex caritate et bonis operibus precendunt
Et hoc figuratum fuit de resuscitatione
adolescentis in qua dominus sic processit
quia tetigit loculum et ei surgere precepit
et viuum matri sue reddidit Sic verbum
eternum animam quam inhitat in lecto
iacere pigricie non sinit sed tangit lo
culum mentis excitando vires anime
ad surgendum ad orationem et ad bona opera
etc. filius viuus scilicet opus bonum matri
datur sue scilicet diuine bonitati in qua sancta
anima refundit omnia opera sua dicens
cum psalmista omnia opera nostra que operatus es
in nobis domine // Tertio patet in admirabili
verbo eterno concepto crebro redit ad actum
contemplationis vnde de penitus carnalibus

legitur quod ibant ad contemplationem et redi
bebantur ad actionem et econuerso et hanc
vicissitudinem crebro iterat anima virginea
secundum bernardum cuius figura patet in moyse qui nunc
ascendit in montem ad diuinam collocutionem
nunc descendit ad castra ad populum gubernandum
ut pulcre declarat hugo de recordatione
tione sic ad propositum vnde beata virgo con
cepto verbo eterno non dubium quin in magna
contemplatione exurgens abijt in montana
ad obsequium elizabeth et demum ad in
tima penetralia redijt Et hec reparatio con
templationis est quasi quedam resuscita
tio mentis quod figuratum est per resuscita
tionem puelle in domo vbi dominus primo ex
pulit turbam tumultuantem paucis et fa
miliaribus retentis deinde ingreditur
et tenuit manum eius dicens tibi dico
surge et surrexit et fuit vere resuscitata
anima ad actum contemplationis / Primo eicit
a mente turbam tumultuantem rerum
sensibilium et ymaginabilium et tunc verbum in
trans intima cordis tenet manum id est
vim intelligentie erigendo opera sursum
et quod proprie vires non suppetebat nisi ma
nu vbi eleuarentur vnde de predictis
sanctis animalibus dicitur quod manus ho
minis scilicet vbi etiam erant sub pennis eorum
Igitur anima presentiens abstrahat triplici
morte suscitata certissime prenosticare
potest se verbum eternum concepisse De hoc si
quis dicat vnde super cantica sermone xxv
viuum enim est et efficax verbum mox
vt intus venit expergefaciat animam
dormientem quantum ad secundum dicit mouet et
emolliuit cor meum quod durum lapidem
est et male sanum quantum ad primum et sedet
co et exformatur et renouatur spiritus
mentis mee precepi utique speciem decoris
eius quantum ad tertium Et beatus augustinus de
eam triplicem vitam sic resuscitatam agno
scens dicit in libro confessionum Tu domine
amor meus in quo non deficiam ut forte
sim tu vita et anima tu vita vitarum
viuens in tempore et non mutabor vita
anime mee etcetera

Pauperes ewangelizantur
verbis quique surgens ad ventus
verbi in mentem Restat nunc

Videre de sexto quod est paupertatis vo
luntarie perfecta emulacio quod no
tatur in paupere evangelizacione
qua dicitur pauperes evangelizantur
Naturaliter enim omnes homines sibi ipsis
delicti paupertatem declinant quia omnia
bona appetunt paupertas quoque defectum
boni importat Sed cum triplex sit
bonum scilicet utile et delectabile et hone
stum homines de ipsis derelicti etiam
appetitum modo naturali huius triplicis boni
versantur et per hoc omnes refugiunt pau
pertatem Unde quidam utile bonum in presen
tes posuerunt felicitatem suam in divi
ciis alii vero bonum delectabile felicitatem
posuerunt in deliciis Alii autem presen
tes bonum honorabile felicitatem suam posue
runt in honoribus et has scolas
sequuntur omnes mundani post corrupcionem
nature in primis parentibus qui fuerunt
primi sectatores et dyabolus fuit primus
inventor et persuasor Gen iiiº Ingu
tumque die comederitis eritis sicut bo
bonum scientes bonum et malum ecce
bonum et utile: et videns mulier quod
bonum esset lignum ad vescendum ecce bonum
delectabile Primo enim inventor huius scole
opinionum circa appetitum boni fuit dya
bolus quem primus secutus est homo primus
ideo omnes homines in mundo facti sunt
de scola eius et illud est quod dicit Joh
iiº canonica Omne quod est in mundo aut est
concupiscentia oculorum quantum ad bonum utile
quod appetitur in divitiis aut est concupiscentia
carnis quantum ad bonum delectabile quod
est in deliciis: aut est superbia vite quantum
ad bonum honorabile quod appetitur in ho
noribus Totus ergo mundus his secutus est
doctrinam dyaboli usque ad Christum qui episco
volunt dyabolus ducere ad scolas suas
Cum enim temptaret eum de istis tribus
Nam ostendit ei omnia regna mundi
et ait hec omnia dabo tibi ecce bonum
utile Item ait dic ut lapides isti pa
nes fiant: ecce bonum delectabile Item
ait mitte te deorsum ecce bonum ho
norabile quia ad iactantiam pertinet volare et
ad vanam gloriam et ostentacionem Sed et
confudit scolas dyaboli argumentis

contrariis satis plane hec tria appa
rebant in illo iuvene adolescente
dite cui Christus cum dixisset Si vis perfectus
esse vade et vende omnia que habes ille
hoc audiens tristis abscessit ut patet Matthei
xixº De isto iuvene dicitur Luce scilicet quod
erat dives quantum ad bonum utile: ado
lescens quantum ad bonum delectabile
et potens ad bonum honorabile ut
dicit Lucas quod ille erat princeps Luce
xviiiº Christus ergo veniens in mundum
contra illud triplex bonum tenens sco
lam contrariam docuit triplicem pau
pertatem quam etiam persuadebat de pre
dicto adolescente licet ipse doctrina
misericordie caperet propter quod ipse
recessit tristis causa cupiditatis
Similiter vero etiam veniens in mente
tria bona contra predicta persuadet
que si mens se sensit dedisse signum
est verum etiam concepisse Est autem
triplex paupertas una que docet
defectum rerum temporalium de qua dicitur
Mat vº Beati pauperes spiritu idest vo
luntate: ad differentiam illorum qui pau
pertate indigentie pauperes sunt hanc
docuit Christus Luce xiiiiº Nisi quis
renunciaverit omnibus etc Et hec paupertas
est contra primam opinionem de divi
ciis in bono utili Sed alia est paup
ertas que docet defectum voluptatum
carnalium quia ille vere pauper est
qui suam propriam carnem religat et affligit
do eam viciis et concupiscentiis
cum apostolo ad Gal vº Et hanc docuit
Christus Mat xº Qui enim non accipit crucem
suam talis non est me dignus Et
hec est contra secundam opinionem de deli
ciis in bono delectabili Et de ista pau
pertate intelligitur illud quod dictum
est Beati pauperes spiritu scilicet carne et
hoc spiritu idest per efficaciam spiritus in quibus
ita non spiritus efficaciter dominatur quod caro
idest carnis concupiscentia totaliter religatur
Tercia est paupertas que docet defectum
et carentiam ambitionis secularis de
qua etiam exponitur scilicet beati pauperes spiritu
idest animo Qui enim augmentum non habent
inflante spiritum quales sunt veri humi
les qui circa humilitatem se exaltant

tolr et se pro nichilo reputant hanc
docuit xpus Mat xjo discite a me
quia mitis sum et humilis corde
et hec paupertas est contra tria opprobria
de honoribus quantum ad bonum honorabile
et hec triplex paupertas figurata
est in aplis Nam paupertas rerum
temporalium reliquit in mathheo qui reliquit
diuicias dimisit et zacheus maria
et martha et alii plures paupertas
uero carnalium voluptatum signatur Iohe
qui voluit nubere de iniquitatibus illis vo
catus fuerat et reliquit eas Sic et
modo faciunt vendentes domus propter ca
stitatis Sed paupertas honorum munda
lium signatur per paulum qui honoratus
fuit reliquit secularia data sibi aucte
officium publicum contra xpianos sicut ipse
est confessus unde seipsum propterea satis
humiliavit et erat dicens Ego sum
minimus aplorum prima Cor xv° vnq
nunquam mente humana triplex paup
tas evangelizatur quasi bonum
perdita et commendatur ita quod se fore
pauperem et humilem et hoc in volun
tate bona appetit et diligat cuiusmodi
signum est quod ibi est verum etiam ideo com
petenter promittitur eis regnum celorum
hic in presenti per quandam diuine dul
cedinis pregustacionem: et in futuro
tolr per beatam fruicionem unde ps
Parasti in dulcedine tua pauperi
deus quam dulcedinem nobis prestare
dignetur trinus et vnus Amen

Miserunt iudei ab ierosoli
mis sacerdotes et levi
tas ad iohannem ut in
terrogarent eum Tu quis
es et confessus est quia non
sum ego cristus

Crebrescente fama iohis
de sua magna sanctitate varie
fuerunt de xpo opiniones
Nam quidam de turba eum
estimabant xpm esse alii putanti
bus eum esse heliam aut unum ex prophetis
alii non sumpserunt hesitantibus quis esse
possit eum non sicut ceteri homines sed

maior homine apparet quibusdam non
ut sapientibus et scribis sicut ibis ipsum
quidem non esse xpm quia xpm in lege pro
missum sciebat ex tribu iuda iohes autem
fuit ex tribu levi volebant tamen eum alli
cere ut sibi nomen xpi arrogaret ita
communi consilio miserunt ad sciendum
quis esset et quid de seipso sentiret quod
testimonium de xpo proferret ut xpha si ipse
met xpus non sit Et dicitur est materia
huius evangelii quod habet duas partes
quia in prima ponitur quid iohannes de se
sentiret in 2a quid de xpo ibi ut intro
garent et qui missi fuerant Prima
pars habet duas partes primo ponitur legatorum
missio 2o describitur eorum legatio ibi vt
interrogarent In prima particula tria impli
cantur quia primo tangitur qui fuerunt
mittentes: quia iudei ubi est attendendum
quod licet omnibus gentibus veneratur
quia ipse desideratus cunctis gentibus
Aggei ii° specialiter tamen interrogare de xpo
pertinet ad iudeos et hoc propter tria primo
quia patribus eorum promissus est et non
aliis 2o quia ipse ex eis natus est et na
sci voluit 2m carnem 3o quia specialiter
propter iudeos missus est Ysa° ix° par
vulus natus est nobis et filius datus
Quare autem iudei specialiter interrogaverunt
de xpo iohannem ratio potuit esse et duplex
Primo quia cognoverunt prophetias de adue
tu xpi completas esse dicitur enim Gen
xlix° Non auferetur sceptrum de iuda etc
et videbant iam desitum regnum sue
gentis quia alieni principabantur eis
Unde audientes de sanctitate iohannis puta
uerunt eum esse xpm 2m quod dicit lira ipso
feruentiam ipsius et ardentem et cogita
tibus omnibus de iohanne in cordibus
suis ne forte ipse esset xpus Et ob hanc
causam miserunt legatos ad iohannem
super hoc interrogando Notandum autem
quod iudeorum pontifices et magistratus populi
intendebant persuadere ut se xpm confiteretur
allecti patrie amore quia iohannes
ierosolimita fuit quia ibi natus et
amore cognacionis quia ipse genere
aaronita fuit et filius sacerdotis sicut
ut patet lucae primo unde 2m quod dicit Cris
Magis eum volebant habere pro xpo

qui ipsum christum quem despiciebat duxit
Hone hic est filius fabri Secundo tangitur
locus unde missi fuerunt quia ab ie
rosolimis Unde notandum quod ierosolima
erat locus kathedralis tam pontificalis
quam etiam regiminis Unde mittebat ab
hac ciuitate ad iohannem ut si ipse esset
christus qui est verus pontifex ad suam
veniret kathedram sedere Ad hanc
venit christus verus pontifex qui seipsum
obtulit sacrificium deo patri in ara crucis
Item ad hanc regalem ciuitatem venit
christus ut rex qui venit sedens super pullum
asine Unde zacharie ix Noli timere
filia syon ecce rex tuus venit tibi se
dens etc Notandum autem quod hec ciuitas
multa nomina habuit Primo enim dicta
fuit salem quam dicunt ebrei et iosephus
in fine libri sui edificata a sem filio
noe qui et melchisedech vocatus est
secundum ysidorum libro xv ethimologiarum Secundum quod mirum
videtur quod ipse melchisedech fuit sem
cum ipse vixerit usque ad abraham cuius tem
poribus fluxerunt plusquam mille anni
ad quem tamen nisi nullus legitur premisse
Secundo dicta fuit iebus a iebuzeis
qui eam inhabitauerunt usque ad tempora dauid
Tercio dicta fuit ierusalem per composicionem
nominis b litera mutata in r Quarto
a salomone dicta est ierosolima quinto
dicta est solima corrupte ab helya ce
sari qui eam instaurauit et vocata he
lya Sexto addunt tamen aliqui quod sit
vocata liza et bethel quod tamen non per
tinet ad literam quia liza siue bethel est
in tribu effraim ubi ieroboabel filius
Nabath ydola posuit ierusalem autem in
tribu beniamin et multum distant inde
Sed post hec visitaui capitulo ad nomina in
posicionem Unde de hoc versus Solima
liza bethel ierosolima iebus he
lya urbs sacra ierusalem dicitur atque salem
Tercio tangitur qui fuerunt missi quia
sacerdotes et leuitas qui sunt magis
honorabiles et non contemptibiles sicut
quidam alii miserunt ad christum ministros
et herodianos Congrue autem mittuntur
sacerdotes ad interrogandum de christo quia
cognicio diuine scripture principaliter competit hiis
qui in sacrificiis constituti sunt unde

Malachie ii labia sacerdotis custodiunt
scientiam et legem requirunt ex ore eius
et licet hoc eis competit ex officio dignitate
multi tamen eorum degenerant ex vite per
uersitate Unde sicut in tempore illo multi
et plures sacerdotes luxuria et auaricia
deditati superbia inflati mundanis im
plicati per cauta cogitauerunt de christo sic
et nunc quidam modernis sacerdotes filios
usurationis sunt qui nomen dei despiciunt
et panem pollutum offerunt ut habetur
Malachie i Hoc sacerdotes Notandum quod sacerdotes
noui testamenti excedunt sacerdotes ve
teris testamenti in septem de quibus con
veniunt utrobique Primo in institutione
quia illi intrabant per carnalem successionem
Exodi xxviii isti autem intrant per gratiam
electionis actuum i Secundo in vocatione vn
ctione quia ibi vngebant oleo exterius
Exodi xxix isti autem intus inunguntur
spiritu sancto Iohannis xx Accipite spiritum
sanctum etc Tercio in conuersatione quia
ibi vacabat commixtionem Exodi xxx isti
autem vacant vite virginali ut dicitur
i Corinthios vii Quarto in predicatione quia
illi predicabant obscura in palupe xiii
isti autem predicant aperta et celestia ii
ad Corinthios iii Non sicut moyses pone
bat velamen Quinto in oblacione quia
illi carnalem hostiam Hebreos x per totum
isti spiritualem Gala i in omni loco offertur
Sexto in dispensatione quia illi dispen
sabant signa in palupe xo isti autem
dispensant signata Actuum viiio ponebant
manus super eos ut acciperent
spiritum sanctum Septimo in potestate quia illi
ligabant et soluebant tantum in terra isti
autem in celo et in terra Mathei xviii quecumque
ligaueritis super terram erit ligatum et
in celis Quarto tangitur persona ad
quam missi fuerant quia ad Iohannem
Nimirum res enim consuetum sit de vil
lis et rure ire ad ciuitatem pro consilio
postulando a sapientibus hic sapientes
et doctores ad heremum et solitarium
heremitam accedunt Sed hec mutacio
dextre excelsi Et notandum quod quilibet arti
fex interrogatur de eo circa quod eius doctrina
versatur ut medicus de sanitate
legista de iure Nauta de nauigio etc
Materia igitur predicacio iohannis de christo erat

Ideo multi rationabiliter dirigebantur
ad iohannem Et considera quare aucti
fuit iohannes quia ista sapientia tanti
tas pendebat ad nutum eius ut si re
spondisset ego sum xpus continuo eius
vbo acquievissent secundum Crisostomum Sequitur
ut interrogarent eum ubi describitur missio
legationis que fuit ad interrogandum de xpo
et putabatur a quibusdam quod ipse esset
xpus vel etiam volentes eum inducere
ad ostendendum se esse xpm secundum Crisostomum
Ideo de sua persona interrogabant faci
do quatuor questiones Prima questio fuit
an ipse sit xpus ut dicit Tu quis es
et licet per hoc verba non expresse quererat
an ipse sit xpus hoc tamen intendebat
in corde suo secundum Crisostomum ut patet ex ipsius
responsione vel secundum quod quia ipsum est
ipso esse Exo .3º Ego sum qui sum
sic dictus filiis israel qui est misit me
ad vos eum enim per hec verba interrogarent
Johannes tu quis es tantum est dicere tu
es xpus Dubitaret forte aliquis
cum isti scirent originem iohannis et vitam
ad quid querunt tu quis es Dicendum quod
quis aliquando querit personam quis fecit
sit vel illud ut ibi iohannis .xx.º Tu quis
es domine ut credam deum aliquando substantiam
nominatam ut dicit priscianus quis
pibit illo viro qui sit comitatus eum
Aliquando in annunciatione ipsa termino Quis
est ille qui venit de edom aliquando de
virtutis singulariter propter ultimo
Mulierem fortem quis inveniet Aliquando
ante persone dignitatem vel potestatem ut
si transeat aliqua persona magna dicitur
Quis est hic an rex vel comes vel
Xpus ps. Quis est iste rex glorie
vel etiam sic interrogabant ut complete
animi eorum allicerent ut supra dictum est
Deinde ponitur iohannis prudens et humi
lis responsio ad istam questionem Et confessus
est non se esse xpm nec istud esse quod que
bant et non negabat scilicet se quod erat
vox in deserto infra dicitur Tunc autem
fuit confessus explicat apte respondens
Et confessus est quia non sum ego xpus
ubi audet magis intentionem quam verbis
interrogantium Nota secundum Crisostomum quod convenienter

quasi ter idem dicat quia primo dicit confessus
est secundo adiungit et non negavit tercio adiun
git iterum repetens confessus est ad indicandum
virtutem et magnam constantiam iohannis baptiste
quia cum posset reputari xpus nulla tenus
voluit Devotus enim famulus est non solum
non rapere gloriam domini sed et oblatam a multis
respuere ut dicit Crisostomus Et quia voluit ap
petere nomen xpi factus est membrum xpi quem
dum infirmitatem suam studuit humiliter
recognoscere ideo istius celsitudinem meruit
obtinere ut dicit gregorius Et nota quod hanc hu
militatem non habuit lucifer qui sibi gloriam
divinitatis voluit usurpare dicens In celum
ascendam et ipsa tempore habent etiam humilitatem
non habuerunt primi parentes qui sapientiam
similem sibi usurpare voluerunt Gen.
iii.º Eritis sicut dii scientes bonum et malum
Sic et hodie multi sunt qui quasi superbi
endo alios contempnunt et similes lucifero
qui plus sapere volunt quam oportet

Et interrogaverunt eum quid ergo
helyas es tu et dixit non sum
propheta es tu et dixit non sum
Et dixerunt quis es tu ut responsum
demus hiis qui nos miserunt quid dicis
de te ipso Ego vox clamantis in deserto
dirigite viam domini sicut dicit ysaias propheta

Sequitur secunda questio et interrogaverunt
eum ubi nondum secundum Crisostomum quod mis
si prima questione maliciose excogitassent
volentes eum per blandicias alli
cere Tunc non sum ego xpus dixis
sent non suspicati hec sumus nec ad ho
venimus interrogaturi sed ut dolosi conste
expositam responsionem quasi capiti ad aliam questionem
venerunt quis ergo supposito es si tu non es xpus
an et forte helyas es tu Causa suspicionis
eum esse helyam erat quasi tempus adventus
xpi ex quo ipse non erat xpus putabant
eum esse helyam qui preveniet adventum xpi
ad veniendum Malachie ultimo Ecce ego mitto
vobis helyam prophetam antequam veniet
dies domini Et dicit Crisostomus dicitur quod scri
be et pharizei dicunt quia heliam oportet
venire fuit namque helias raptus .iiii.
Reg. ii.º Deinde ponitur responsio eius non sum
sed helyas hic queritur secundum Gregorium
quia videtur iohannes contradicere xpo
dicens ad turbas Mat. xi.º Si vultis

fare iohannes ipse est helyas ista autem
quod faciliter solvitur quia non dicit xpistus
Iohannem esse helyam quo ad actus eam ha
Mat. xvii° et e supra in awyo precedenti
fuit autem angelus non natura sed propter
vita et officio vita quidem ut dicit glo(sa)
per nimiam abstinentiam et castitatem
et vitam solitariam et asperam delictorum
reprehensionem et durissimam futurae iram
dicte errorem. Officio vero helie similis
erat quia ipse fuit precursor domini venientis
in carne quemadmodum helyas erit precursor
domini venientis ad iudicium unde luc. i°
Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute
helye. Et ideo contra verba christi verba iohannis
quia dominus fatetur hic de spiritu quod iohannes
negat de persona. Et nota quod propter hic predictam
unionem christi de spiritu helye dicunt quidam he
retici helyam esse quendam spiritum vivificantem
corpus beati iohannis baptiste vel eundem
spiritum vivificantem esse in utroque. Sed con
tinuit errorem est illud quod iohannes
dicit Non sum. Deinde ponitur tertia quaestio
Propheta es. Glosa dicit quod quidam putabant
iohannem esse de aliquibus prophetis suscitatum
quia legerant scriptum deut. xviii. pro
phetam suscitabit nobis dominus de fratribus
vestris et credebant eum esse helizeum qui
dictus est specialiter propheta propter quandam excel
lentiam eo quod multa mirabilia fecerat
Vel forte credebant eum novum prophetam.
Cum autem interrogarent an ipse sit propheta
secundum intentionem eorum esse talis quia ergo
non erat xpistus neque helyas et si propheta
esset ut saltem illis diceret si aliquis dictorum
venisset aut utrumque et si neutrum eorum veniat
saltem prediceret adventum eorum. Deinde po
nitur responsio iohannis non sum propheta. Contra luc.
primo Tu puer propheta altissimi vocaberis
et dominus in eodem precedenti dicit eum plus quam
prophetam. Respondeo dicendum quod ipsi querebant de
propheta et officio prophetandi precipue
sicut propheta predicit futura etc. Iterum dicitur
se non prophetam esse secundum eorum intentionem
sed tamen erat propheta et plus quam propheta pro
quanto presentem christum demonstravit et eius
precursor extitit secundum beatum augustinum. Vel quod
officium prophete principale est prophetare: istius
autem officium fuit non solum prophetare sed
et penitentiam predicare et baptismum ministrare
et veritatem demonstrare q. d. non sed

unus ex illis prophetis de quibus me
esse putabatur secundum glosam. Deinde ponitur
quarta quaestio quam fecerunt ipsi ei quis es
s. dicito nobis. Nota quod quedam interlinearis
glosa super illud iohannis xvii° Ego
dedi intelligentiam vocabulo dicit hic
quis importat novitatem quia inter
rogatum raritatem quia particulam firmi
tatem quam firmam. Quod ergo isti di
xerunt ad iohannem quis es volebant
de eo audire aliquid novum rarum et firmum
sine certum ut responsum dare his qui mi
serunt nos. Non enim dicitur bonum nisi
sine certo et bono responso redeamus. Sed contra
Ecce describit sapientiam ut eloquia sapientie
et veritatis. Respondeo dicendum illis qui mi
serunt nos etc. Non enim sufficiebat
eis fare de iohanne quid non erat quia
nec xpistus nec helyas neque propheta nisi
etiam scirent quid esset et ideo addunt
quid dicis de teipso vel manifestum assere
Glosa augustini de ipso te predicatio sed de
teipso nil manifestum asseris. Considera
hic iohannis auctoritatem quia testimonium
quod dederat acceptum erat iudeis sed
christi testimonio de seipso dante dixerunt
Tu de teipso testimonium dicis testimonium
tuum non est verum ioh. viii°. Deinde ponitur
Iohannis responsio ait enim ego sum vox
secundum glosam. Non dicit ego sum homo
vel iohannes vel filius zacharie non
enim considerat in se humanam consistentiam
vel generacionem sed deserens omnia que in
mundo continent nullam in se fatetur
substantiam preter habundantiam gratie qua ex
cedit omnem creaturam ut sit vox. Ubi queritur
quare iohannes dicit se esse vocem. Respondeo
dicendum quod sicut filius dei rectissime dicitur
verbum ita eius precursor dicitur vox. Vox
enim respectu verbi quatuor habet proprietates. Primo
vox precedit verbum sic iohannes christum luc. i°
Ipse precedet ante illum. Secundo vox manifestat
verbum sic iohannes christum iohannis primo
hic venit in testimonium ut testimonium perhi
beret de lumine. Tertio vox transit verbum
autem manet sic et iohannes ioh. iii°
Illum oportet minui illum autem crescere. Item
vox est inutilis sine verbo sic et iohannis
predicatio sine christo unde statim infra
Ego baptizo vos in aqua. Medius autem
vestrum stetit quem nescitis. Quarto vox propior

est vox quam sono quia primo sonus auditur
deinde percipitur quod est vox deinde
verbum quod dicitur per vocem. Sic Iohannes
propinquior est Christo quam alii prophete quorum
prophecia fuit quasi sonus respectu
Iohannis quia illi de remotis, ille de
propinquo indicavit dicens Ecce agnus
dei Ioh. primo. Et nota quod ista vox fuit
clara et suavis et terribilis. Clara quidem
fuit et non rauca qualis est vox pecca-
torum, nec blesa qualis est adulatorum
quia clare annunciavit penitenciam. Suavis
fuit in annunciando Christum in carne. Cant.
secundo: Sonet vox tua in auribus meis,
vox enim tua dulcis et decora. Terribilis
enim fuit annunciando futurum iudicium. Iste
fuit clara et alta contra peccata premuniendo
suavis corda contritorum dulcorando
terribilis vicia peccatorum reprehendendo
ut dicit: Genimina viperarum, quis ostendit
vobis fugere a ventura ira. Et de ista
voce dicitur in psalmo: Vox domini in virtute.
Sed heu hodie non sunt tales predicato-
res qui peccata hominum reprehendant sed
eum diligunt hominibus magis blandiri
quam peccata hominum aperire. Unde hii voces
blesas et fertiles non terribiles ut Iohannes.
Item vox appropinquacionem demonstrat eo quod
est vox; tunc enim quis vicinus est sui ad-
ventus adhuc non dicimus eum adesse
audita autem voce eius dicimus ecce
hic est. Helyas autem omnes prophete fuerunt
verbum qui Christum precesserunt sed Iohannes
qui presentem ipsum demonstravit fuit vox
diva. Deinde ponitur quod ista vox sua non
fuit sicut aliorum et ostendit una vox sit quod
clamantis. Non dicit clamans sed clamantis
quia non sibi dignitatem attribuit sed officium.
Sed cum clamatis ubi intermatis. Cla-
mat autem in deserto ut astantes au-
diant diversitatem cordium que dicuntur
vel clamat contra theologos qui veritatem ma-
nifeste annunciat omnes enim qui in lege
erant obscure loquebantur. Notandum
quod clamor consuevit dormientes excitare
surdos vel graviter audientes reformare
remotos facere appropinquare hostes ad
prelia provocare. Nos itaque eramus
dormientes per falsam estimacionem amato-
res temporalium pro eternis verum in magis

pertransit homo dormiens cum fal-
litur quia utitur similitudinibus
rerum quasi ipsis rebus ut dicit
philosophus in libro de sompno et vigilia.
Ab hoc sompno excitavit nos Christus
dicens: Thezaurizate vobis thezauros
in celo et non in terra. Mat. 6. Item
eramus surdi per elacionem et superbiam.
Surditas enim causatur ab evapora-
cione que elevatur ad cerebrum et ibi
infrigidata et ingrossata ut patet in libro
de sompno et vigilia, quos vapores
superbie Christus destruxit dicens Math.
xi°: Discite a me quia mitis sum et
humilis corde. Item eramus remoti
adeo sed ipse fecit nos per graciam suam
sibi appropinquare. Ephe. 2°: Vos enim ali-
quando eratis remoti facti estis prope in
sanguine Christi. Item eramus ab ho-
stibus oppressi sed Christus eos in fugam
convertit, dum eos a corporibus obses-
sis fugavit. Aliud modo vices cor nostrum
contra nos attemptant. Sicut figura legitur
quod Iudas Machabeus clamans voce
magna hostes in fugam convertit. ii Ma-
cha. xv°. Notandum autem quod clamavit
per istam vocem fuit pater et filius et spiritus
sanctus. Clamat per istam vocem pater et hec
vox de suo filio perhibet testimonium. Iohannis
primo: Testimonium perhibet de se ipso hic
est filius. Et hic est quod dicit: Qui post me
venturus est ante me factus est quia ante
me erat. Clamat filius dei per hanc
vocem quod facit eum dicere Ecce agnus
dei etc. infra: Et ego vidi et testimonium
perhibui quia hic est filius dei. Ioh. 1°.
Clamat spiritus sanctus per hanc vocem quia
facit eum testificari quod videat quia
vidit quasi columbam spiritum sanctum descen-
dentem super Christum. Ioh. primo. Deinde ponitur
ubi clamavit: quia in deserto quod occultum
erat usque in diem ostensionis sue ut
dicitur Luc. primo. Et ideo canit ecclesia
de ipso: Antra deserti teneris sub annis
fugiens petisti ne levi saltem macu-
lare vitam posses famine. Vel in
deserto id est in Iudea. Secundum allegoriam
in vobis enim Christus predicavit unde
in deserto clamat, clamat quia
derelicte ac destitute iudice solacium
sue redempcionis annunciat. Tercia

Mystice autem Notandum quod triplex est desertum in quo xpus clamat. Primum est uterus virginalis que dicitur desertum quia desertum est locus indispositus ad habitandum. Unde dicitur est desertum a deserere eo quod deseritur a cultoribus. Sic uterus beate virginis incultus fuit a virili consortio et non nisi unum habitatorem habuit filium scilicet unigenitum dei. Job xxxviii quis dedit vehementissimo ymbri cursum ut plueret super terram absque homine in deserto ubi nullus mortalium commoratur. Hec terra absque homine fuit uterus beate virginis quem nullus compluit nisi ymber spiritus sancti. Et quia desertum est locus aptus ad contemplandum. Osee ii Ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius. Sic et beata virgo unde de ea exponitur illud Cant iii Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens. Secundum desertum est mundus iste. In deserto namque videmus sterilitatem fructuum horrorem bestiarum et desertum aquarum. Hys enim omnibus filii israel molestati sunt ad literam et mundus iste sterilis est arbore spirituali. Amos viii Emittam famem super terram famem scilicet verbi dei et habundant bestys idest viciis bestialibus. Sophonias ii In medio eius omnes bestie gentium. Unde de quibusdam hominibus mundanis dicit apostolus prima Thimo. i Male bestie ventres. Ventres enim pingues habent et penuria aque sapiencie et gracie. Osee iiii Non est veritas non est sciencia super terram. De istis etiam beatus Augustinus in sermone desertus est hic mundus ab omni cultura fidei et amoris dei et peccatoris spinis obsitus squalebat et tanquam ager incultus et penitus nullam bonorum operum fecunditatem attulerat nullius ymbre gracie fecerat spiritualis. Tertium desertum est anima peccatrix adeo destituta. Unde beatus Augustinus in sermone vacua enim peccatorum et spiritu sancto carencia deserti squalescentis heremo comparantur. Unde conqueritur dominus per yeremiam Jeremie xii Dederunt porcionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Porro desiderabilis est anima quantum ad porcionem superiorem in qua deus habitare desiderat. Proverbiorum viii Delicie mee esse cum filiis hominum. In primo deserto clamavit deus docens castitatem et continenciam in eo quod uterum virginalem ipse inhabitandum consecravit. Joel ii Germinaverunt speciosa deserti. In secundo deserto scilicet mundo clamavit misericordiam docens et penitentiam in eo quod mundum sua passione restauravit. Ipse enim ait Veni in mundum ut peccatores vocarem ad penitenciam. Unde et eius precursor iohannes in deserto predicavit penitentiam. Math. iii. In tertio deserto scilicet in anima clamat gratie habundantiam in eo quod debet animam quantumcumque peccatricem obnoxiam ad se cum libencius invitare. Illud Math xi Venite ad me omnes et cetera. Propter hec tria legimus ter dominum clamasse in ewangelio. Clamavit namque in lazari resuscitatione in quo commendatur castitas quia omnes homines ardore luxurie gemunt luxuriosus enim fetet quasi quatriduanus in sepulcro per usum fede consuetudinis. Iohel i Computruerunt iumenta in stercore suo. Item clamavit in cruce pro emissione in quo commendatur immensitas salutis unde hec vox domini clamat et salus erit omnibus invocantibus nomen suum. Item clamavit in spiritus largitione. Ioh vii In die magno festivitatis stabat ihesus et clamabat dicens Si quis sitit veniat ad me et bibat. Deinde ponitur quid clamat quia Dirigite viam domini. Olim Iohannes in deserto clamabat. Hec verba ait Math iii Venit Iohannes predicans in deserto et clamat dirigite viam domini. Notandum tamen quod via domini mandata eius sunt que tempore iohannis a populo servabantur oblique quia non intellectualem recipiebat legem propter commodum temporale. Intencio enim obliquat viam domini. Ideo dicit beatus iohannes ut dirigat viam domini ut spirituali sensu cognoscant mandata propter deum et ut non intendant temporale commodum nec expectent ex eo mundanam laudem vel regnum. Hec autem duo obliquant viam domini. Fuit illis potissima causa quare xpm non susceperunt. Sed instantia hic quare quia videtur quod iohannes hortatur ad impossibile dicendo dirigite viam domini quia dicit Jeremias x Scio domine quia non est hominis via eius neque viri ut dirigat gressus

Nam c. hic q directio vie est per gratiam
et per veritatem que a solo deo est prepara
ta ad directionem est faciendum quod nobis
est et hic precipitur ut gregorius via dni
ad cor dirigitur cum eius preceptis implendis
mente paratur quisque ergo in superbia in...
levat quisque avaritie estibus anhelat
quisque luxurie inquinationibus polluit cor
dis hospitium contra veritatem claudit ne
ad se dominus veniat Deinde addit testi
monium scripture sicut dicit ysaias ysa 40
Et sunt illa verba ewangeliste vel iohannis
baptiste q.d. sicut ille dixit ideo sic
ego dico vobis Nota ergo iohannis
baptiste excellentiam quod ysaias de eo
prophetavit Et nota q ille precursor sum
psit testimonium ysaie Et forte umquam
viderat volumen istius prophete vel illud
doctorem habuit umquam quia cum esset
puerulus heremum intravit sed revelante
spiritu sancto dicit prophetiam et de se ipso
cognovit etcetera

Et qui missi fuerant erant
ex phariseis et interrogaverunt
eum dicentes quid ergo bapti
zas si tu non es xpus neque
helyas neque propheta Respondit eis Iohannes
ego baptizo vos in aqua medius
autem vestrum stetit quem vos nescitis
Ipse est qui post me venturus
est qui ante me factus est
cuius non sum dignus ut solvam corrigiam calcia
menti eius Hec autem in bethania
facta sunt trans iordanem ubi erat
iohannes baptizans etcetera

Hic est tertia pars ewangelii et q
missi ubi ponitur quid iohannes
de xpo sensit et tria facit
quia primo ponitur querentium
improbitatem 2o testimonii veritatem ibi
Et dixit ego 3o testimonii celebritatem
ibi Hec autem in bethania Improbitas
querentium apparet ex duobus primo
ex eorum secta et conditione quia phari
zei unde dicit Et qui missi fuerant
erant ex phariseis Pharizei interpretantur

divisi sic dicti quia cultu religionis
a reliquo populo divisi fuerunt et fuerunt
invidi et malitiosi obstinatores unde
dicit Crisostomus q illi missi fuerunt qui vita
tem nescivit habere sed invidere et sicut
dicit glosa super gen penultimo symeon
et levi vasa iniquitatis bellantia sunt
ex tribu symeonis et incepit eorum
secta tempore alexandri uxoris
alexandri matris aristoboli et hircani
regine iudeorum que vero herodi ma
gno contemporanea fuit Et nota q sic
supra meo ... in principio ewangelii
q isti missi erant sacerdotes et levite
hic dicit q erant ex phariseis Et forte
isti pharizei habuerunt secum sacerdotes
et levitas ut eorum legatio esset eo so
lempnior vel forte dicit Crisostomus illi q
missi fuerunt erant utrumque itaque erant
pharizei ordinati in sacerdotes et levi
tas sicut et nunc temporis religiosi
ordinantur in sacerdotes 2o eorum ap 2o
paret improbitas in malitiosa interro
gatione Et interrogaverunt eum et dixerunt
quid ergo baptizas etcetera Petierunt
enim aliquid audire a iohanne vel q
se diceret esse xpum vel helyam vel saltem
unum ex prophetis Et audientes q dixit
se esse vocem clamantis in deserto repu
taverunt hoc esse modicum non intelligentes
omnia mysteria ideo indignati et quasi
redarguendo ei fecerunt questionem de officio suo
Quid ergo baptizas quia enim pharizei
a populo ventura appetunt ut sancti et
velud religiosi videbantur cum ei q
non erat de secta eorum unde dixe
runt quid ergo baptizas si tu non es
xpus q.d. sine auctoritate facis et usurpas
tibi de officio quod ad te non pertinet
intromittis Unde Crisostomus quia non vo
luerunt eum blanditiis supplantare
accusationes mitte acceleraverunt Unde
clamat Crisostomus Et interrogatorum missi
estis ab eo docendi Tu quis es et
tamen legis velitis imponere Et nota
q baptizare est verbum grecum sed ad lati
nitatem inflexum significat idem q
lavare vel intingere Si tu non es

xpus tunc incipit ille actus Ezech xxxvi
Effundam super vos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inquinamen-
tis vestris. Item helyas qui signavit baptismum
qui in curru igneo vehementi spiritu
per turbinem ascendit in celum iiii Reg
ii. Item propheta propheta enim officium est
baptizare ut patet de eliseo iiii Reg
v qui Naaman leprosum misit
baptizare septies in iordane et mun-
datus est. Notandum autem quod licet iohannes
non esset xpus poterat tamen baptizare
quia erat precursor et ideo debuit parare
viam domino. Item licet non esset helyas
personaliter tamen virtute erat ut supra
dictum est. Item si non erat propheta erat
tamen plusquam propheta ideo baptizare
potuit. Deinde cum dicit Respondit eis
tangitur testimonium veritatis primo
veritatem sui officii profitendo et 2o
dignitatem xpi exprimendo ibi medius
autem vestrum stetit. Quantum ad primum dicit
Ego baptizo vos in aqua q. d. non
multum est curandum de baptismate
meo. Non enim est aliquid magnum
cum sit in aqua et exterius lavamini
et non tamquam xpi baptismus interius
conferendo graciam. Dubitaret forte
aliquis quod officium fuerit baptismi
Iohannis si tantum lavabat exterius. Dicendum
secundum Gregorium quod non conferebat graciam nec
sufficiebat ad salutem. Unde opor-
tebat baptizatos baptismate iohannis
mundari baptismate xpi ut dicitur Act.
v. Sed contra quia dicitur Marci i Fuit
Iohannes baptizans in deserto et predi-
cans baptismum penitencie in remissionem
peccatorum. Ad hoc dicendum est quod illa duo par-
ticipia scilicet baptizans et predicans non
sunt referenda ad idem. Nam aliud pre-
dicabat aliud conferebat. Unde est sensus
Baptizans scilicet baptismo aque et pre-
dicans scilicet baptismum penitencie in remissionem
peccatorum scilicet a xpo conferendum et 2m hoc tollitur
quod dicitur Ego baptizo vos in aqua
medius autem vestrum stetit quem vos ne-
scitis et ille vos baptizabit non in
aqua tantum sed in spiritu et virtute interius

Et tunc quid ad hoc quod baptizavit
iohannes dicendum quod propter quatuor raciones
Prima ut signet baptismum xpi et sic
fuit sacramentum. Et hanc racionem tangit Au-
gustinus super iohannem. Secunda est
ut ex nomine baptizandi plures con-
venirent ad iohannem quibus predicaret de
xpo et hec racio est Crisostomi. Tercia est ut
per baptismum iohannis homines assuescerent
ad baptismum xpi. Et hanc racionem tangit
Gregorius dicens Erat ut qui nascendo
nascendo preveniebat baptizaturum
baptizando preveniret. Quarta est ut
per baptismum iohannis homines huilia-
rentur ad baptismum xpi et hanc racionem
tangit Beda dicens quod baptismus
Iohannis fuit quasi cathecismus pro
baptismi xpi. Unde ait Marci i quod bapti-
zabantur ab eo confitentes peccata sua
Et Act. xix. Iohannes baptizavit
baptismo dicens de eo qui venturus erat
ut crederent. Quinta est ut manifestaret
xpus in baptismate iohannis voce pa-
tris et spiritu sancto et hanc racionem assi-
gnat iohannes dicens Sed ut mani-
festaretur in Israel propterea veni in aqua bapti-
zans Ihesus primo. Notandum autem
quod potencia baptismi multiplex est. Prima
est auctoritatis qua deus nulli communicavit
nec communicare potuit sicut nec pote-
statem creandi de hac dicit Iohannes i Hic
hic est qui baptizat scilicet xpus in quantum
deus quia in quantum homo non dedit spiritum
sanctum sed accepit ut dicit beatus Augustinus.
Secunda est sub auctoritate qua potuit dare
servis sed minorem maiorem scilicet noluit et alii di-
cunt quod non potuit qui includit potenciam
creandi scilicet graciam. Tercia est in potestatis
qua dare potuit. Nam posset deus si
vellet quod baptismus daretur in nomine sed
pauli vel petri sed hoc noluit ne spem
in nomine ponerent de hac prima Cor. i.
Numquid paulus pro nobis crucifixus est
aut in nomine pauli baptizati estis.
Quarta est excellencia puta quod unus
baptizaret efficacius alio quod etiam nomen
est gessimum ideo frustra inflabant
quidam prima Cor. i. Ego sum pauli
ego sed cephi. Quinta est ut ministris

ministerium quem dedit ministrans. Et tertie marci
ultimo. Secunda institutionis hanc habuit
christus qui hoc sacramentum instituit ante dum
ipsum suscepit et suscipi iussit. Marci
ultimo. Alia est preparationis quam habuit
Iohannes de qua hic. Deinde cum dicit. Me-
dius autem vestrum stetit quem vos nescitis
hic exprimit veritatem quam sentit de christo.
Et tria tangit. Primo tangitur baptisma-
tis spiritualis auctorizatio. Medius autem
vestrum stetit quem vos nescitis quasi dicat ego
baptizo in aqua preparative solum exterius
lavando corpus sed est alius qui baptizat
suo spiritu et interius. Et hic medius vestrum
stetit id est presens est inter vos quem vos ne-
scitis sicut etiam Iohannis viii. Neque me
scitis neque patrem meum. Notandum est autem
quod illa verba uno modo exponi possunt secundum christi
humanitatem sed quantum ad eam christus fuit
in medio iudeorum nascendo predi-
cando et moriendo. Neque enim fuit so-
litarius et occultus sicut iohannes
sed inter eos manebat sicut unus ex illis
secundum Crisostomum vel erat medius eorum
quasi homo mediocris et humilis
ideo non videbatur. Et propterea ad ipsum vi-
dendum oportuit attendi lucernam scilicet
Iohannem ut dicit Augustinus. Unde nota
quod christus dicitur stare in medio quia
pater medium elegit quia est humilis
locus. Luce xxii. Ego autem in medio
vestrum sicut qui ministrat. Mathei vicesimo
Item est locus communitatis quia uniformiter
se habet ad omnes sicut centrum ad circumfe-
rentiam. Actuum x. In veritate comperi
quod non est acceptor personarum deus.
Item medium est locus unitatis quia
extrema uniuntur in medio. Ephesiorum ii. Ipse
est pax nostra qui fecit utraque unum.
Item est locus stabilitatis quia est firma?
prima Corinthiorum iii. Fundamentum nemo potest
ponere aliud. Item est locus proximitatis
quia omnibus aliis partibus approximat.
Actuum xvii. Deum si forte attrectent cum
tamen non longe sit. Alio modo quod hic dicitur
secundum Crisostomum exponitur de verbo secundum divinitatem
secundum quam ubique presens est et invisibilis
et secundum hoc medius est omnibus rebus
creatis tamen nemo scit eum quia nemo
eum comprehendit. Nam quod scitur scientia com-
prehenditur ut dicit Boetius. Unde dicit

Iohannis primo. Mundus per ipsum factus
est et mundus eum non cognovit. Vel secundum
Crisostomum verbum eternum dicitur esse medium no-
strorum medium omnium scilicet rationabilium
pro quanto est in cordibus nostris. Cor enim
in medio totius corporis situm est. Est
tamen nescimus nec unde sit vel de quo fonte
emanat vel quo existat in nobis. Ioha-
nes tamen eum sciunt. Unde exprobrando
ait ad iudeos vel phariseos quem nescitis.
Nota quod christus fuit in multorum medio ut ha-
bet [illegible] in octava epiphanie dicendo tan-
gitur. Medius ipse aliqualis audientia
in qua aliqualiter scitis facit hominibus
pietatis per quas volebat de christo scire.
Unde ipse dicit. Ipse est qui post me venit
quasi dicat secundum Crisostomum. Si meum baptismum perfectum
esset alius non veniret post me aliud ba-
ptisma daturus. Et nota quod dominus venit
post iohannem sicut forma spiritualis post
dispositiones accidentis prius enim plus
calefacit antequam ignitur. Sic gratiam per
christum conferendam que est forma spiritualis
mentis spiritualibus precedere debuit aliqua
dispositio vel que nos disponeret ad hoc
disponeret et hec fuit baptismus et predi-
catio iohannis. Item sicut sol post luci-
ferum post. Item sicut iudex post preconem
sicut sponsus post amicum dominus post
servum verbum post vocem. Tertio tangitur ex-
cellentie dignitas et progenitura. Qui
ante me factus est id est in dignitate
ante me positus est secundum glosam et ex-
ponendo cessat argumentum arrianorum
qui arguebant ostendens ex verbis istis
dei filium creaturam esse. Iohannes enim dicit
dei filium ante se factum. Aut igitur intelligitur
hoc quantum ad humanam naturam et hoc
non quia christus non fuit homo ante
iohannem sed econtra. Nam sexto mense conceptionis
Iohannis facta est conceptio christi ut patet
Luce primo. Ergo intelligitur quantum ad divi-
nam naturam quod christus ante iohannem factus
sit sed omne factum est creatum ergo dei filius
creatura est ut concludit arrius. Sed argu-
mentatio evacuatur exponendo secundum dictam
quia exponendo quantum ad humanitatem
nullum inconveniens sequitur quia hic ante
non dicit prioritatem temporis sed dignitatis.
Aliter eam solvunt alii quod christus ...

sit ante Iohannem ut ante idem sit quod
prius vel priori tempore conceptio
enim Christi fuit tota simul et in instanti sed
Iohannes in tempore unde scripsi unam complica-
tionem et hodie istam scripsi tercius quam istam
quia minus temporis apposui ad factionem
illius quam istius potest etiam aliter dici ante me
factus est vir perfectus sapientia et virtutibus
quia tunc facta fuit incarnatio Christi statim
repletus est perfectione et tunc adhuc non
erat Iohannes vel secundum Origenem ante me fa-
ctus est idem perfectum est ut ante me esset vel
aliter primum potest ad litteram quod Christus factus est
ante Iohannem ut dicatur quod Christus prius
factus sit homo in utero Marie matris
quam Iohannes fuit in utero Elizabeth et
declaratur etiam ita ut dictum est supra secundum ea
que in hiis que generantur ex commixtione
seminum embrionis primum enim sex diebus
est sub forma lactis deinde vero diebus
sub forma sanguinis et post hec xii die-
bus consolidatur in carne et exinde xviii
figurantur membra et organizantur unde versus
Hec in lacte dies ter sunt in sanguine
terni bissenis solidant terdenis membra
figurant istis diebus quinque vel quatuor sunt
quibus embrio stat sub forma corporis
mixti inanimati postea stat sub anima ve-
getativa deinde sub anima sensitiva
quibus omnibus diebus scilicet centum tri-
ginta quinque expletis infunditur anima
racionalis scilicet centum triginta sex diebus
expulsa anima sensitiva et hic centum
triginta sex dies est primus dies sexti
mensis a conceptione loquendo de mensibus
lunaribus et viginti septem diebus
constantibus quibus tantum utuntur
iudei Nam quinquies viginti septem
faciunt centum triginta quinque et 136 die
qui fuit primus dies mensis sexti a con-
ceptione sua animatus est Iohannes
anima racionali et eodem die inicians
est Christus et conceptus et mox animatus
et perfectus homo factus est in utero
virginis pariter tamen prius Iohannes animatus
aliquibus horis eiusdem diei quo dice-
bat angelus Marie et hic mensis est
sextus illi qui vocatur sterilis secundum hoc ergo
in eodem die factus est Christus homo quo
et Iohannes et quasi tanto tempore post Io-
hannes quanto beata virgo potuit ascende-

re ad Elizabeth in montana et tunc in ista
salutacione animatus est Iohannes anima
racionali et exultavit in utero matris et post
nato Iohanne Elizabeth novo et beata virgo
post plures menses peperit Christum et ita
ad litteram salvatur quod Christus secundum quod homo factus
est ante Iohannem adhuc in utero sed venit
post Iohannem extra uterum in mundum quia
postior natus est Ad hoc dicendum surgit
dubium quo beata virgo potuit una die
ire ad tantam distanciam de Nazareth
ad domum Zacharie debet hec misera
Exurgens maria et non enim frus-
tra dicit ewangelista quod ibat ad festi-
nacione vel etiam dato quod beata virgo
pluribus diebus fuisset nec illud adhuc
non repugnaret quin eodem die fuissent
Christus et Iohannes et post Christus sed tunc
non posset dici quod in ipsa salutacione animatus
fuerit Iohannes etc ad ostendendum quantum
ipsum precellat dignitate subdit Cuius non
sum dignus et ad litteram hoc verum est
quod nullus quantumcumque bonus debet se
dignum reputare ut Christum discalciaret
Unde dicit ille contrario ymaginatur unius dome
non sum dignus Allegorice non cal-
ciamentum est humanitas Christi pes calciatus
divinitas humanitate corrigiam calciamenti
solvere est enodare misterium unionis
ad quod indignum se Iohannes fatetur
Unde ysa xxiiii Generacionem eius quis
enarrabit quasi dicat nullus est dignus
Deinde hic tunc dicit in Bethania facta sunt
Notandum quod due Bethanie una est prope
Ierusalem ad duo miliaria que fuit Marie
et Marthe ubi fuerat Lazarus resusci-
tatus Alia est trans Iordanem a Ierusalem itinere
diete ymmo de qua hic que corrupte dicitur
Bethania deberet enim dici Bethara idest
domus aquarum ibi enim erant multe
aque et ibi multus populus conveniebat
Unde locus ille erat famosus Et nota
quod ewangelista scribens testimonium Iohannis de
Christo assignat locum ubi hec facta sunt
ad instar instrumenti publici et si queratur
quare hic specialiter ewangelista non tenuit pro-
tocollum ewangelii sed superius ubi describitur testimonium
Iohannis secundum quod forte hec est causa
quia omnia omnia que dicuntur de Christo
vel est efficacius ad contradicendum iudeis
sicut testimonium Iohannis quia ipsum ut virum
iustum habebant et quod plus est ipsum esse
Christum putabant Nota quod et Iordanis

est fluvius palestine qui nascitur ad radicem montis libani ex duobus fontibus scilicet ior et dan qui simul iuncti unum nomen efficiunt ut dicit scolastica. Iordanis li. mag. in hystoriis dicit quod nascitur ex fonte ior et deinde fluens iuxta urbem dan que est in finibus iudee et ex fonte et urbe composuit sibi nomen et fluit sub montibus gelboe et rivulis multis in se collectis per longum tractum influit in mare mortuum. Dicitur etiam iordanis dicit beda diriviatur stagnum genezareth illuc quod iohannes baptizabatur quia famosior erat ille fluvius aliis vel quia transibat per loca deserti ubi iohannes habitabat quia elizeus propheta in eodem flumine baptizavit naaman syrum ut scribitur iiii reg. v° capitulo.

Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis Ioh. primo. Visis in sermone precedenti duabus partibus quibus signis et indiciis ubi conveniunt in mente cognoscitur quia tecti vident vel sunt. Aut videndum est qualiter mens devota ex huiusmodi indiciis in se ubi eternum presentiam deprehendat in ipso vo- lubiliter iocundatur quod bene repetitur in introitu misse que cantatur Gaudete in domino semper. Ait enim Bernardus ubi eternum tangitur ineffabili iocunditate perfunditur quod nescit aliud nisi gaudere ipse quod gemma. Et ut gaudere ad maiorem expressionem istius tripudii spiritualis gaudete iterum dico gaudete. Ad phil. iiii°. Nota quod ad perfectionem huius gaudii tria concurrunt. Primum est omnium virium anime ad intima mentis recollectio studiosa. Secundum est ubi eternum ad animam allocutio graciosa. Tercium est totius mentis gaudii exultatio gaudiosa et deliciosa. Et hec tria notantur in tribus thematibus sumptis ex tribus ewangeliis. Pro primo facit thema sumptum ex eo isto. Pro secundo facit quod de eo predicto capitulo fieri dicitur et ingressus angelus ad eam dixit Ave gratia plena. Pro tercio facit quod in eo scripte fere dicitur Et exultavit infans in utero meo. Circa primum est notandum quod sicut sermonis ipse quod sapientia incarnata volens docere animam devotam qualiter se habeat ad huiusmodi mentale gaudium assequendum sit eam alloquitur Ecce ex me precurre in domum tuam prior et advocate lude et

age contemplationes tuas per que vera mens devota instruitur quod ad habendum gaudium de verbo eterno ante omnia perigit ipsius anime cum omnibus viribus suis ad intimora collectio ex eo quod dicit precurre in domum tuam per te intimum mentis tue et illuc advoca te scilicet totam cum viribus tuis recolligendo et tunc ibi delectaberis eterno gaudio perfruendo unde subditur et lude: lude utique per intima delectationem quo ludunt in patria per eternam fruitionem immo etiam per quandam participationem quo ipsum verbum eternum ludit in patre et lusit ab eterno per ineffabilem sui et omnium creaturarum emanationem iuxta illud Prov. viii° delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore et delicie mee esse cum filiis hominum. Et quia istud gaudium contemplativum ubi eternum in mente concipitur et perficitur

Ideo subditur Et age contemplationes tuas dicitur autem in plurali contemplationes tuas ad differentiam istius contemplationis ubi eternum quia verbum semel in mente productum est conceptum. In contemplatione autem mentali idem verbum in pluribus mentibus et in eadem pluries et ad illud spiritum adducitur testimonium

Iohannis in themate assumpto Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis ubi notatur omnium virium anime in intime mentis recollectio studiosa. Verbum enim conceptio videlicet in intimo mentis celebratur ut magis delectetur quia intimum mentis est medium verum sicut cor dicitur medium animalis eo quod est intimum hominis est quod in ea devote presentia vel per signa supradicta advertentes nec tamen scientes quid non in parte sua cognoscit instruuntur ad medium se recolligant quibus dicitur Medius autem vestrum stetit

In quibus verbis notantur tria. Primum est mentis conspectus intima secundario ibi medius autem vestrum. Secundum est ubi concepti salubris dignatio ibi stetit. Tercium est huius conceptus inmissa exultatio ibi quem vos nescitis. Et hic Christus alludit ubi dicitur super candelabrum sit dictum. Lumina igitur ionales summus in medio verbum consistit ex eo quod principale sit cor in medio totius corporis institutum est quantum ad primum. Stat autem ut ad salvandum quantum ad secundum. Et subditur Quem autem vos in medio sui gerunt non cognoscit aut verum nature aut de quo fonte emanavit ignorant quantum ad tertium

Circa primum est sciendum quod verbum eternum in medio nostri est, tripliciter. Primo sicut cor in medio animalis. 2o sicut sol in medio planetarum. 3o sicut centrum in medio terre sive mundi. Et secundum hec triplex comparatur, perficitur mens devota secundum esse sibi possibile. Nam per comparationem ad primum medium verbum eternum est fons vite interminabilis quo perficitur memoria per comparationem. Ad 2m est fons luminis indeficiabilis quo perficitur intelligentia. Sed per comparationem ad 3m est fons quietis et imperturbabilis quo perficitur voluntas. Et hec tria possunt accipi secundum tria appropriata trinitati divine personarum ut fons vite appropriatur patri qui est fons divinitatis. Secundum Dyonisium fons luminis assimilatur filio qui est splendor paterne glorie lux lucis et fons luminis. Secundum Ambrosium fons quietis attribuitur spiritui sancto qui est quies mentis secundum beatum Augustinum. Primo enim verbum eternum est in medio nostri sicut cor in medio animalis. Cor enim principium est vite. Proverbiorum 4o omni custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit. Et verbum eternum est principium vite omnibus viventibus. Johannis primo. Quod factum est in ipso vita erat et maxime quantum ad hoc est principium vite spiritualis anime devote. Unde beatus Augustinus X° confessionum dicit. Tu es vita vitarum animarum sanctarum vita vivens et non mutaberis vita anime mee. Unde et mortuos vivificat dicit hec ergo medio quasi de fonte procedit in animam vita spiritualis adeo quod de corde naturali et quo ad tria in quibus vita animalis conservatur. Est enim cor principium caloris motus et spiritus. Sic verbum eternum causat in mente calorem fervide dilectionis. Motum virtuose processionis et spiritum saporose delectationis. De primo dicit psalmista. Concaluit cor meum intra me. Exponitur enim verbum eternum intimum cordis divino amore concalescit et deum meum dedilecto actualiter meditatur et tunc exardescit ignis quia in amore amplius inflammatur. Exemplum in illis duobus discipulis euntibus in Emaus qui dixerunt. Nonne cor nostrum ardens erat dum loqueretur nobis in via. Si enim sic ardebant ex presentia Christi corporali quanto magis anima ex presentia verbi mentalis. Sicut ergo cor est fons amoris caloris in corpore sic verbum est origo amoris in mente unde verbum eternum tripliciter

sui cordis calorem cordi anime devote imparare et in eo iugiter conservari precepit. Cor anime suo corde sigillare. Canticorum VIII pone me sicut signaculum super cor tuum ut per sigillum scilicet similis impressio ymaginis et clauditur scriptura ne legatur ab extraneis. Sic verbum eternum vult ymaginem suam increatam menti devote imprimi eandem quoque ab omni amore extraneo premunire ut de nulla re nisi de solo dilecto libeat cogitare. Unde Hugo in de laudibus caritatis. Ad te me converto o dulcis amor Ihesu in quo totum bonum anime mee dependet. Tu enim quadam suavissima mente intus me conformas. Ubi vitia deformia tu extirpas. Virtutes seminas mentem illustras animam letificas. In quocumque tu es dulcis amor semper cogitat quomodo mundum creat. Quomodo vera pacem inveniat. Si quis ambulat quis sedeat. Si quis quid agit, quiescit. Si quid quicquid in corde geritur tu amoris non recedis. De 2o scilicet. Cor enim movetur duplici motu scilicet pulsus et tractus. Sic enim verbum eternum movet animam nunc pulsu tribulationis, nunc tractu consolationis. Plerumque tribulatio videtur quasi pellatur et elongatur adeo ideo Christus pro suo dixit in cruce Deus meus ut quid dereliquisti me. Per consolationes vero homo trahitur et allicitur ad deum sicut capra sive ovis per herbam. Unde Petrus dulcedine consolationis affectus. O domine bonum est nos hic esse. Non sic dixit postea instante passione domini. Ex hac vicissitudine tractus et pulsus causatur motus in omnibus viribus anime ad exercitium virtuosum. Unde psalmista ad deum. Virtus mea et auxilium absque scilicet hoc motu pulsus et tractus ut dictum est ad icenti ascensiones in corde suo etc. Hoc quantum ad motum pulsus sequitur. Etenim benedictionem dedit legislator etc. Harum vicissitudine psalmista exceptus sicut tu dixit. Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas et conversus vivificasti me et consolatus es me. De hoc motu opposito pulsu et tractu quo verbum movet animam dicit Gregorius super Ezechielem. Dominus magnis suis dentis flagella permiscuit ut nobis omne quod nos in mundo delectat amarescat et illud in te animo surgat in animo et nos semper ad celeste desiderium ingerere et excitat atque ut ita dicam delectabiliter mordeat suaviter hylariter contristet. Tertio scilicet

experiri illud quod scribitur qui perimit cor
profert sensum et intellectum ascendit enim
ut videlicet homo stat desursum inter bonum agen-
dum et malum cauendum Et hic ut psalmista profert
cum et in pungendo cor quod incitat sti-
mulo duplici scilicet stimulo amoris ad actionem
boni et stimulo timoris ad cautionem
mali Unde verbum in medio cordis est quasi
lignum sciencie boni et mali in medio pa-
radisi Gen. ii non facit enim verbum videat scire
bonum et malum sicut illud lignum in medio
paradisi scilicet per efficaciam facit operari bonum
et vitare malum Ex quo fit quod licet mens
contra nature sue inclinacionem quia cor
humanum ~~pronum~~ est pronum ad malum
econtra pronum sit ad ~~malum~~ bonum et
tardum ad malum Unde sic dicit Deut.
hoc facit verbum eternum in mente quod illud
quod tibi per naturam est impossibile per graciam
eius erit non solum possibile sed eciam facile
Et hec est pax ista que exsuperat omnem
sensum phil. iiii quia pace ista cor hominis cor
dei divino capitur ut quasi cor unum
tamen eo efficiatur ut possit dicere illud
ps. Defecit caro mea et cor meum deus cor-
dis mei et pars mea deus in eternum

Medius autem vestrum stetit quem
vos nescitis Secundo verbum eternum
est in medio mentis sicut sol in
medio celi Sol enim est fons luminis
omnis luminis corporalis et quia omnia
alia sidera ab eo lumen accipiunt Eccli.
xlii Sol illuminans per omnia respexit
in circulos suos Sic verbum eternum est
fons omnis luminis spiritualis et corporalis
secundum dyonisium de angelica ierarchia Joh.
primo Erat lux que illuminat omnem hominem
Et quia ista lux infinita omni menti racionali
improporcionalis est tamen propter ipsius lucis
altitudinem Job xi profundior et altius est nec
quo hamas habes Unde est quod si mens huius
luminis debet recipere oportet lumine ipsum inde
condescendere et se quodammodo infra mentem
constituere Unde mentes ad illustra-
cionem desiderantes clamant illud ysa lxiiii Utinam
dirumperes celos et descenderes Sed prius
patriarche et prophete adventum verbi in carne
ardentissimis desideriorum suspiriis
flagitantes clamabant Utinam dirumperes
celos et descenderes scilicet ad mundum hoc
enim ipse olim pollicitus fuerat per prophetam
Zach. Gaude et letare filia syon quia in
medio mentis devote patriarcharum vere scilicet
sed etiam in medio sui flagranti desiderio

exoptantes clamare possent hoc va-
de dicere Utinam dirumperes celos et de-
scenderes Sed diceret aliquis Cum verbum
eternum sit spiritus quia spiritus est deus Joh. iiii
Quid opus est dirumpere celos ad descensum
eius in carne vel in mente Dicimus quod intelli-
gendum est de celo corporali ipsum celum di-
rumpi impossibile est cum natura eius non sit
susceptibile peregrine impressionis nec eciam
ad descensum verbi in carne fuisset celum scindi
sicut nec eius ascensu scissum est propter
dotem agilitatis corporis gloriosi Dicimus ergo
tamen est quod nullum corpus ei resistit Cum
clauso utero virginis exivit et clausis
hostiis intravit ad discipulos et hic potuit
assumpto corpore multo magis potuit ante
susceptionem corporis non scissis celis descendere
Oportet igitur celorum diruptionem mistice
intelligere Notandum autem Dicendum autem
quod ad descensum verbi in mentem tria exiguntur
in celorum diruptione designata Primum est
omnium creaturarum propria reputacio et hic si-
gnatur in celorum diruptione potest enim
per possibile quod celum rumpere contulit ubi
omnis creatura que super celo est cor-
ruptibilis cum ex influencia et motu celi
dependeat tota machina creature Ideo igitur
celi ergo diruptionem exoptare quid est aliud
quam omnis creature annichilacionem Anima ergo
devota ut verbum eternum descendat et si opor-
teat celos dirumpi exoptat quod prius nichilo
reputat omnem creaturam annichilari pre magni-
tudine amoris istius inquit et impedi-
mentis prius dixit mallet potius mundum
corrumpere quam dilectum privari non licet eis
fuit Apostolus ad Phil. iii omnia arbitra-
tus sum ut stercora ut Christum lucri faciam
Et quamvis hinc est eius est verum quem
propter mundi et verus pauper spiritu et ad talem
libenter descendit verbum eternum ysa lxvi ad
quem respiciam nisi ad pauperculum et con-
tritum spiritu Unde eciam ysa xix dicitur In-
gredietur dominus in egiptum et movebuntur
simulacra egipti a facie eius et cor egi-
pti tabescet in medio eius et dirumpetur
spiritus egipti per egiptum qui tenebra
interpretatur signatur anima que antequam illu-
stretur verbo eterno tenebrosa est hunc egi-
ptum quam dominus ingreditur tunc a facie eius
movebuntur omnia simulacra egipti idest
omnes species create que sunt quasi ydo-
la anime ad eas inhet amari et cor
egipti in medio eius idest in intimum

montes ubi verbum eternum mente concipitur
et tabor et tunc dirrumpitur spiritus
egipti per annichilacionem sui et omnes
species create et quasi omnis creatura
expulsa cor soli deo relinquitur possiden
dum prout Tibi enim derelictus est pauper
Secundum est sui ipsius certa cognitio que
similiter signatur in celorum dirrupcione
per celum enim intelligitur cor humanum quia
est sedes dei sicut et celum et sicut celum
influit vitam et motum omnibus inferio
ribus ita cor omnibus membris in pro
microcosmo/ hoc autem celum aliquando est clau
sum per sui ipsius occultacionem aliquando
apertum per sui ipsius certam cognicionem
et manifestacionem importat prout dicit in
ubi dicitur quod Christo baptizato aperti sunt
celi quod factum est ut dicit Crisostomus non quod
celum rumperetur sed quod obstaculum amo
veretur Sit in proposito tunc cor apertum homini
dicitur apertum quando omne obstaculum est
remotum ut seipsum inde videat et consi
derat ad quod hortatur propheta Joel ii Scin
dite corda vestra quod autem cognitio sui ipsius
requiritur ad contemplacionem ubi eterni stat
hoc quod deus non potest produci verum absque
cognicione sui ipsius quia per cogno
scendo se producit verbum Sic mens non
potest contemplari verbum eternum sine cognicione
ipsius mentis unde dicit Richardus in libro
de duodecim patriarchis quod cognitio est
quidam mons quem oportet ascendere quemlibet
volentem ascendere pervenire ad contemplacionem
In hunc montem dum moyses ascendit
quoniam ad eum descendit Vis audire deum
colloquentem tecum vis videre christum trans
figuratum vis audire primum secreti ar
chanum ascende montem istum disce co
gnoscere teipsum propter ascendit homo ad
cor altum etc. Disce homo cognoscere qui
tu cottidie in tua cognicione proficias
tum ad altiora semper tendis qui ergo ad
perfectam cognicionem sui ipsius pervenit iam
montis verticem apprehendit Hec Richardus
Ad hunc montem vel cor altum tunc deus
descendit quando mens de contritu semper
ascendit: et tunc exaltatur dicit deus
Respice enim ibi mens alte contemplatur
In hoc monte christus transfiguratur ut
illud ii Cor iii Nos revelata facie
gloriam domini speculantes etc. hic est debitus
ordo quia per revelacionem faciei sue

et per cognicionem sui ipsius mens pervenit
ad contemplacionem glorie dei et per hoc fit
transmutatio a claritate in claritatem
Et hec transformacio contingit verbum
eternum et hoc est quod supra in principio
huius sermonis dictum est auctoritate
sapientie xviii Sermo prestatur per domini
tua etc et illud ad verba te scilicet per tui ipsius
cognicionem et tunc age contemplaciones tuas per
ubi eternum mentaliter concepcionem // Sciens
igitur anima devota quod absque sui ipsius
certa cognicione non est capax verbi eterni
Ideo clamat ysaias lxiv Dirrumpes celos et
descendes quasi dicat ista obstacula vere
cognicionis inde amoveres ut descenderet
verbum eternum Sunt autem huius tria ob
stacula primum est amor sui est enim amor
tanquam pictor qui secundum pingit pul
crum et pulchrum cogit cor ne homo seipsum
recte videat Amor enim sui semper ducit
quasi quendam colorem cordi sed tanquam
sibi complantatum omnia indicat secundum
ipsum Simile est in lingua in gustu
Agitur oportet ipsum omnem colorem abolere
a corde si velit sui ipsius certam cogni
cionem habere Prima sicut dicit gregorius super
Ezechielem Vehementer claudit oculum
cordis amor privatus ex quo fit ut quod
agimus non grave est sed amplius plerumque
tamen agatur e contrario et non nunquam
esse detestabile videatur Secundum
obstaculum est grossi corporis impositio
quia corpus quod corrumpitur aggravat
animam et corrumpit sensum Sapientie ix
unde apostolus ii Cor v quamdiu sumus
in corpore peregrinamur a domino ymo a notitia
ipsius Nam corpus nostrum est quasi
quidam paries dividens nos a propria
cognicione et dei Cant ii En ipse stat
post parietem nostrum unde Beda paries
quem nos abscindit cognicione conditio mor
talitatis nostre condicio est hunc parietem
et si in hac vita integrali ratione
non possumus in parte tamen perigrinandi ra
cionem ut tantum non impediat
Et hoc est quod apostolus dicit Ro vii ymo
Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius ubi in collacio
nibus patrum per corpus intelligit id
quod a tenuitu eum est retrahens
et ad terrena deducit quod etiam sanctos
in oracione prostratos terrena negotia

facit cogitare hoc magister est illud
corpus mortis quia emulantes anime
literam scienter et volentes deo inquirere
inherere impedit et hec in corpore est lex
peccati qua anima captivatur Unde idem dicit
apostolus video aliam legem etc. qua lege
peccati euellit lex gracie spiritualis in christo
ihesu et hec est dirumpere celi quod ex
optaverunt sancti cum dicunt utinam dirumperes
celos. Tercium cognicionis sincerum quia cum
homo cognoscat se per alia que sunt
instabilia quia vanitati subiecta est
omnis creatura non volens sequitur difficile
devenire homo ad cognicionem sui ipsius
exemplum de speculante se in aqua fluente
et deo ad veram cognicionem sui ipsius
multum valet instrumentum aliorum cum ut dictum
est per cognicionem aliorum proximorum ad cognicionem
sui pertingit quod docetur in collacionibus
patrum quia non solum ad habendum omnia
sed eciam cognitiones singulares sunt committende
examini seniorum diffinicionibus augetur(?)
stat quia instinctu ... inferatur
Non solum ad perfectam sui cognicionem
perveniat veruntamen ... insidiis
inimici certissime permanebit. Nullatenus
enim eum decipere poterit qui non suo
iudicio sed aliorum et maiorum vivit exemplo
Tercium quod ad ubi descensum requiritur
sancti desiderii excessiva dilatacio quod
eciam in celorum disrupcione signatur et
intelligo per celum cor humanum ut dictum
est quod sit patet. Contingit enim ex desiderio
et gaudio excessivo cor tamen disrumpi
et hominem mori quam ex tristicia vel ira
cundia ut est secundum Galienum in de morbo
quia ex gaudio cor dilatatur et magna
exaltacio et cor quasi totaliter vadit extra se
et cor dicitur rumpi per nimiam sui
dilatacionem sed in ira et in tristicia fit cordis
constrictio. Anima igitur devota descensum verbi
in medio sui desiderans desiderii sui dila
tacionem exoptat dicens utinam dirumperes
celos et descenderes q. d. utinam cor meum
in desiderio tui tam super excessive
dilatares ut tu in meditacione mei cordis
descenderes et mecum maneres. Nequaquam
enim verbum eternum aliud veniet in mentem
nisi desideratum Aggeus 2º Veniet
desideratus cunctis gentibus. Digne enim
mens desiderare debet verbum eternum et vera

pera in suo intimo cum de racione amoris
sit mutua unitas ut mutuo sibi
sint. Iohannis 4º Deus caritas est et qui
manet in caritate in deo etc. Non enim
esset vera caritas si anima esset in deo
nisi eciam deus in anima maneret itaque est
cum omnia sint in verbo ab eterno et hoc 2m
esse ydeale quare mens amoris ipsa
desiderare debet verbum eternum recipere in se
Sciendum autem quod anima in isto esse ydea
le in verbo habuit tres perfecciones cum verbo
nobilissimas videlicet realem consubstancia
litatem fontalem suavitatem formalem
actualitatem. Primum patet quia secundum beatum Augustinum
hoc proprium est divine simplicitati quod quicquid
est in eo sit deus alias in deo esset accidens
quod est impossibile secundum patet racione presertim reale
exemplaritatis essencie anima in verbo esse de
gustat suavitatem divinam ex eodem fonte divine
bonitatis cum ipso verbo de quo ipsa anima
gloriatur proverbiorum 8º Delectabar per singulos
dies ludens coram eo. Tercium patet cum enim
creatura a deo sit creature eorum ut dicitur
Genesis patet quod anima omnis in verbo creavit
celum et terram unde ipsa gloriatur ubi
supra quando preparabat celos aderam etc.
et quia hec tria habuit anima priusquam
haberet esse in verbo convenienter desiderat ut
eadem tria habeat proporcionaliter prout ...
est in ipsa et secundum hec possumus recipere
triplex desiderium quo mens afficitur
ad habendum verbum eternum in medio sui videlicet
desiderium unionis amorose desiderium
degustacionis dulcedinis divine et deside
rium operacionis deifice. Primum est cordis
liquativum secundum est languescitivum sed tercium
est cordis disruptivum. Primum ergo desiderium
unionis amorose quod desiderium inest
anime ex consideracione prime perfeccionis
sue in verbo racione cuius competere in esse actu
alis existencie producte repugnat unio
cum verbo reali cum substancia de considerat
cum sibi uniri modo possibili quod est
proprium amoris per quam amans fit
unum cum re amata est enim amor secundum
dyonisium virtus extatica faciens per quam transforma
amantem in amatum propter hoc unionem hanc
cum verbo rogavit christus patrem Iohannis 17º
Iohannis 17º pater mi rogo sicut tu
in me et ego in te ita et ipsi in nobis
unum sint per quem unam secundum Augustinum non
per unionem consubstancialem sed per unionem
possibilem nobis per graciam et amorem

Unde non dicit ut sint unum nobiscum
sed in nobis quia unum ad eos esse non pos
sumus scilicet per gratiam et caritatem. Istud
desiderium vulneratum cordis pro quanto tale
sagitta divini amoris ita transfigitur quod
amor omnium aliarum rerum de corde expellitur
et zelus dilectionis ad intima cordis tra
hitur ut solus amari iuste dicat illud Can
2° Dilectus meus michi et ego illi. Istud
enim suave vulnus et multum sitim [illegible] de cari
tate desiderius curari oportet nullo penitus so
lacio humano mitigari memor eius solatio
nec dulcedinis cristi nil prosit extra
consolari sic enim vulneratum fuit illud nobile
cor beati Augustini cum dixit x° conf Sa
gittaveras tu cor meum caritate tua et
istius sagitte effectum tangit ibidem dicens
Quam suave michi subito factum est care
suavitatibus nugarum et quas amittere metus
intrabis tu pro eis omni voluptate dul
cior. Nec mirum si anima sic vulneratur
ab eo eterno cum ipsum unum prius vulneratum
fuit a se eterno ab anima unde Jeremie xxxi°
In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi
te etc. Et de hac vulneratione gloriatur sponsa
Can iiii° vulnerasti cor meum soror mea
Secundum est desiderium degustationis
dulcedinis divine quod contendit 2° eius per
fectionem in uno. Nam et si non possit hac
vita haurire de ipso fonte dulcedinis divine
dulcedinis nil suavitatis desiderat ad hoc
pervenire in vita beata iuxta illud ps xli
Sitivit anima mea ad deum et in hac siti
secundum desiderium divina aqua gutta pre
libatoria suavitatis divine extrema gu
stu omnia redduntur anime insipida et pe
nalia iuxta illud gregorii Gustato spiritu
desipit omnis caro. Ad modum languentis
cui est insipidus omnis cibus unde illud
desiderium dicitur languescentium quo corpus
vulnus amoris susceptum sit ita languidum
quod nescit suspirare nisi ad dilectum
intimum quod animo sit absque consolatione sui desiderii
ametur ad momentum. Exemplum in Maria Ma
gdalena que non potuit a monumento
recedere ad momentum nec voluit consolationem
recipere ab aliqua creatura ut dicit
Origenes in persona sua omelia super michi
omnes consolationes ego quero creatorem
meum et ideo gravius est michi ad videndum
omnis creatura. Tali amore estuabat spon
sa cum dixit Can v° Nuntiate dilecto
quia amore eius langueo. Tertium est
desiderium operationis deifice quod contendit
esse perfectionem in anime de verbo eterno. Nam hoc
desiderio ita cor dilatatur quod homo a se ipso
penitus deficit et nil operatur unde illud
psalmi Memor fui dei et delectatus
sum et defecit spiritus meus. Exemplum in
Regina Saba que videns sapientiam et
magnificentiam regis Salomonis non
habebat ultra spiritum et hoc desiderium dis
ruptivum de quo dicitur [illegible] addicta dicitur
ultima disrumpens celos etc. et tali disru
ptione et defectione cordis deus operatur
in anima omnia opera sua iuxta illud
psalmi Omnia opera operatus es in no
bis domine. In tali anima pater gignit
verbum eternum quia ubique est et in omnibus
ibi gignitur et consequenter homo filius
efficitur divinarum quia efficitur filius
per gratiam. Et verbum quod gignitur
in tali anima est filius dei per naturam
Joh primo Quotquot autem receperunt
eum etc. Et hoc est quod dicit Apostolus
Galla iiii° Quoniam autem estis filii dei
Igitur facta disruptione celi iuxta illud
ysaye lxiiii° tunc descendit verus sol
[illegible] in medio planetarum et tunc
illustrabit omnes vires anime sicut sol
illustrat omnia sidera. Illustrat namque
memoriam que per saturnum accipitur ut dicit
temporalis consolationis commoda oblivioni
Saturnus namque significat merorem
et tristitiam hic de presenti vita et omnibus
creaturis ps Renuit consolari anima
mea etc. Et cum Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est etc. Illuminat
etiam intelligentiam que per Iovem
intelligitur divine sapientie limpida con
templatione Iupiter enim secundum astro
logos sapientiam designat. Experientia
ubi enim mens divina sapientia illustratur
ysaie lx° Surge illuminare [illegible] Illu
strat etiam voluntatem que per Venerem
intelligitur divini amoris gaudiosa
inflammatione Venus enim significat
gaudium et amorem et hic habet efficac
iam ubi enim sapientie unio non
enim amaritudinem habet conversatio eius
sed gaudium et letitia. Illustrat etiam
irascibilem que per Martem intelligitur
ad duorum proximorum compressione et impressione
Mars itaque significat iram et celeritatem

verbum autem eternum excitat mentem ad
graciam sanctam viuam qua homo ar-
dua pro honore et amore domino prom-
pte aggreditur tam in faciendo quam
in paciendo. In faciendo quidem quia tali
homini in faciendo nullus labor durus
videtur unde apostolus ad phili. iiii^to
Omnia possum in eo qui me confortat
In paciendo eciam quia tali homini pati
pro deo non est laboriosum sed gaudium
unde Act. v^o Ibant apostoli gaudentes Illu-
strat nichilominus conspicaliter que per
mercurium designatur omnes ordinate
composite restituto Mercurius enim est pla-
neta speciosus et disponit ad studiosi-
tatem et amorem sciencie et verbum eternum in
mente quam illustrat eam conspiciam sciencie
peccat ut non nisi diuinis et scienciis et
studiis insistere libeat Unde beatus Au-
gustinus postquam diuino lumine fuit
illustratus de se ipso dicit quod displice-
bat ei quicquid faciebat in seculo quia
tunc primo sapiebat sibi sacra studia
sacra contra quas prius latrauerat
Unde ipse confitetur dicens Eram inquit ama-
rus et cecus ... literis de celo mel-
leis et de lumine tuo luminosis Illustrat
verbum mentem que per lunam intelligitur
omnium agendorum cauta et prouida dispo-
sicione luna enim mutaciones in corpore
humano operatur unde subripa actus
humanos potissime disponit Verbum autem
eternum mentem illustrans omnes actus
disponit et componit et hic orauit beatus
Augustinus ... Domine rogo da michi
graciam tuam et emenda vitam meam et me-
liora actus meos et compone mores
tolle de me quod displicet tibi et in-
nocte et tribue pro bonitate tua quod in-
nosti prodesse et tibi placere Sic eciam
orauit propheta dicens Et sit splendor domini dei
super nos et opera manuum nostrarum dirige
Illuminat nichilominus verbum suum
et complectitur omnes sensus tam interiores
quam exteriores quas per stellas firma-
menti possumus intelligere prompta offi-
ciorum execucione Stelle namque firmamenti
varie sunt et multe et sin-
gule habent sua officia ad causandum
influencias ad ista inferiora Sic vires sensitive
sunt plures que omnes ad instar
stellarum firmamenti in organis corporalibus
sunt fixe puta quinque sensus exteriores

et singule et omnes sua habent officia et
illuminantur a verbo eterno in mente concepto
Reddit enim eas promptas et expeditas
ad exequendum officia sua ad imperium vo-
luntatis pro laude dei Unde Baruch
iii^o Stelle dederunt lumen suum in cu-
stodiis suis et letate sunt vocate sunt
et dixerunt assumus et luxerunt ei cum io-
cunditate qui fecit eas quod tunc adimpletur
quando singuli sensus in nobis diuinitus il-
lustrati letantur et prompte exercent
officia sua ad laudem sui creatoris quia
sicut oculi gaudent videre ea que spectant
ad dei honorem et instruendo de singulis
sicut continetur in sermone virtutes colore

Medius vestrum stetit Tercio
verbum est medium nostrum sicut cen-
trum est medium mundi Centrum
enim est sicut fons et primum
omnis quietis naturalis corpo-
ralis quia est maxime immobile
et in ipso maxime quiescit ut dicitur in
de celo et mundo et ipsum dicitur locus om-
lorum ut patet ex iiii^to phisicorum Sic eciam
in simili verbum eternum est summe immobile
et in ipso solo potest quietari mens racionalis
de hoc fonte mens conuersa ad illud medium
recollecta haurit mentalis quietem inefa-
bilem societate contra persistat volun-
tas dei unde Augustinus primo confessionum Domine
fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te Sicut anima
amorosa non quietatur nisi in hoc centro scilicet
verbo eterno probari potest ex tribus primo
ex similitudine cordis humani quod in-
neritur naturali impulsu continuo absque omni
intermissione quietis per hoc innuens
quod quiescere non valet quamdiu est et agitur
spiritu naturali creato nisi imponetur
spiritu vitali creato et habet uno
naturam porrigit post Et spiritum rectum innoua
in visceribus meis scilicet in intimis mei
cordis Dicit autem spiritum rectum eo quod aliud
spiritum reputamus obliquum et peruersum So-
lum autem spiritum increatum rectum appellat
quia ipse solus quietat cordis desi-
derium Si enim deus interrogaret aliquem
quare cor eius tam continue mouetur
Responderet domine quia in nullo nisi in te
quiescere valet ideo motu meo continuo
ad te anhelo et loquitur ad eum ista sicut
anima cum propheta Tibi dixit cor meum
motu suo scilicet indicando et quid
quesiuit te facies mea faciem tuam
domine requiram Unde Augustinus

super eodem ps dicit sic . incipid
in pt deus est dulce in no est et quicquid
michi vult dare deus meus aufert semp
et michi det Secundo hoc psuaderi
pt ex similitudine corpore gravium que
semp movent deorsum et nunq naliter
quiescunt nisi in centro terre Si enim lapis
caderet de celo et no inveniret mediu
nunq quiesceret nisi veniret ad centrum
Sic anima amorosa in motibus desidio-
sorum nunq quiescit nisi in vo eterno
impeditur autem et desistit p mordi-
natas affectiones et amore creaturar
qr enim est gravitas i corporibus hoc est
amor in spiritibus unde dicit Augustinus pon-
deribus suis agunt omnia et loca sua
petunt pondus meum amor meus illuc
feror quocunq feror Sicut enim corpus
grave suo pondere no quiescit naliter
et proprie nisi i centro terre Sic mens amo-
rosa nisi in vo eterno Et illud probare vide-
tur Ricardus libro de amore dicens omnis
creatura sive corporalis sive spiritualis certum
habet locum quo specialiter fertur unde i homine
corpus deorsum fertur et spiritus sursum
unumquodque in locum suum et sine suum
quies enim est locus corporis nisi terra
unde terra es et in terram ibis spiritu-
ale dicitur in libro sapie Revertetur
spiritus ad deum qui fecit illud Tercio idem
psuadetur exemplo istius columbe de qua
dicitur que in toto orbe non invenit ubi
requiesceret pes eius donec reversa
est in archam unde venit Similiter
anima non pt quiescere in omnibus
creaturis sed tunc primo quiescit cum venit
in suum principium unde anima amorosa
dicit illud sapie xxiiii In omnibus requiem
quesivi sed semper addit et no inveni et
ideo in hereditate domini morabor

Stetit quod est 2m principale
ubi dicitur ubi etiam de mente sol
infinita dignacio in eo quod dicitur stetit
Circa quod sciendum quod vo eterno
attribuitur stare dupliciter uno mo-
do per subsistentiam Alio modo per reputationem
iustitia et spiritualem Primo modo verbum etiam
dicitur proprie stare quia sibi competit
per se subsistere ita quod sibi est proprium quod
nulli creature est communicabile ad cuius
intellectum est sciendum quod aliquid dicit subsistere
tripliciter uno modo per se alio modo perse 3o
per se subsistere ut se dicunt quecunq
habent propriam essentiam sive proprium supp-
ositum et hoc competit omni spiritui in-
tellectuali tam deo quam intelligentiis
angelis et animabus Subsistere non
per se dicunt que sunt coniuncta corpo-
rali hoc respectu ad corpus sive quantum
ad esse ut anima humana sive quantum
ad operationem et motum ut anima celi sol
igitur angelis convenit per se
subsistere et non animabus que ita sub-
sistunt in se quasi per se Subsistere
non per se dicitur aliquid quod habet esse
per se nec dependet ab aliquo alio
in quocunq genere cause et in cuius esse-
ntia includit perfectiones omnes quantum
et tale esse est infinite perfectionis quod
nulli competere pt nisi soli deo quia
ergo soli vo et no competit omnis motus
essentialis subsistentie ideo proprie dicitur
stare Job xlix Stetit quidam cuius
no cognoscebam vultum ymago coram
oculis meis et quasi mihi creatura
que ex nichilo est facta et per semet
ipsam ad nichilum tendit non stat sed
defluit Stare autem solius creatoris
est per quem no transeuntem cuncta tran-
seunt et in quo omnia ne transeant
consummantur et subditur ibidem spiritus
enim per actus humanos quasi transire
dicitur sed quantum ad actus divinitatis
dicitur stare et hoc per mediatorem Luc
de ceco sedente secus viam ubi dicitur quod
transeunte domino cecus clamabat
ad deum quod pertinet ad christi humanitatem
quod transire fecit clamare et Ihesus
omnia pertinet ad eius divinitatem scilicet cecum
illuminare et stare immobiliter et quia
divinitas in hac vita a nobis cognosci
non pt sicut est per essentiam ideo
dicit stetit quidam 1 Cor xiii Videmus nunc
videmus per speculum in enigmate
ideo dicitur ymago coram me sine
oculis meis Alio modo verbum eternum
dicitur stare per reputationem iustitiam
et spiritualem stare quia adiuvabile est
et quia ymo eternum venit iuvare eos
convenienter dicitur stare in tali repu-
tatione Stephanus vidit Ihesum stantem
etc Uno modo adiuvat autem verbum mente
quo ad omnes vires suas Racio-
nalem adiuvat sapientia illustrando
sicut in moyse qui ex consortio

sermonis dei sunt ita illustratus quod pre
claritate ipsius vultus filii israel non
potuerunt intendere in eum Exo xxxiiii°
Sic verbum eternum illustrauit sanctum
stephanum tanta sapiencia quod disputantes
secum non poterant resistere ei Actuum vi° sa
piencie splendor ex facie eius rutillabat
vnde dicitur quod intuebantur in vultum eius
tamquam vultum angeli Secundo adiu
uat contra persecuciones temporales ad
uersitates reprimendo et mortificando
quod contingit erga iustum dum dulce
dinis Bernhardus gustato spiritu desipit
omnis caro Tercio adiuuat vniuersale
ad sustinendum pro christo contumelie ita ut
pati sit sibi dulce vnde scribitur
Act Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii quod digni habiti sunt etc. Et beatus
stephanus lapides torrentes illi dul
ces fuerunt Aliter eciam verbum eternum
adiuuat mentem in qua stat triplici
vt ipsam sustentando ne deficiat vel ne
in peccatum cadat ut ipsam per amorem
et celestem conuersacionem tendat parte
inuitando ut ipsam sibi amoris osculo
vniat De primo Joh vii° Stabat ihesus
et clamabat dicens Si quis sitit ve
niat ad me et bibat scilicet potum conforta
tiuum Sic confortari peto a verbo beatus
Augustinus dicens Ad semper quid in te
stas et non stas proice te in eum suscipiet
et amplectetur te ac sanabit De 2° dicitur
Apocalipsis iii° Ego sto ad hostium et pul
so Et sequitur dabit ei sedere mecum in
regno meo esse sursum actu deo sursum
actione dicit dominus de celesti ierarchia
sic inquit sursum actione super mundana
i modum et iam intellectualiter et virtualiter
ascendit in celestia et diuina mostrauit
nobis christus per suam diuinam conuersacionem
in iniis simulacionibus instituendo
nos in conuersacione simul etc. quod
est possibile et hec similis conuersa
cio dicitur per quinque terne De tercio dicitur
Joh xx° Stetit ihesus in medio disci
pulorum suorum et dixit eis pax vobis
que quidem pax qua scilicet verbum eternum
in medio mentis stans ipsi menti
annunciat non est aliud quam intima
vnio anime ad deum de ista pace simul
et actione sursum dicit beatus augustinus

spiritu ... dono tuo domine accendimur
et sursum ferimur ascendimus ascensio
nes in corde et cantamus graduum canticum
Et subdit igne tuo bono inardescimus
et imus quia sursum ad pacem ierusalem
ibi collocauit voluntas bona ut nichil
velimus aliud quam permanere ibi ineternum etc.
Quem vos nescitis Tercium prin
cipale in quo dominus huius contem
placionis vbi eternum misterium occul
tatur cum dicitur quem vos nesci
tis De hac occultacione et occul
ta vbi contemplacione dicit Job iiii°
Porro ad me dictum est verbum absconditum
et quasi furtiue suscepit auris mea
venas susurri eius in horrore visi
onis nocturne quando solet sopor
occupare homines vbi tria innuuntur
Primum est verbi in mente occulta conceptio
quia verbum absconditum Secundum ipsius
contemplacionis modus et condicio cum dicitur
furtiue suscepit auris mea Tercium
est modus contemplantis dispositio quia
in horrore visionis nocturne primo
notatur verbi eterni in mente occulta conceptio
quia dictum est ad me verbum absconditum
vnde Gregorius verbum absconditum
vocatur invisibilis dei filius quod
cum cordibus electorum dicitur
concipi cum intima contemplacione mentibus
inspiratur absconditum ergo verbum audire
est verbum eternum menti concipere quod ab
sconditum dicitur quia ab homine nescitur
et hoc est quod hic dicitur quem vos
nescitis quia sicut dicit apostolus prima
Cor ii° Nemo hominum potest scire que sunt
in homine nisi spiritus hominis qui est
in ipso ita quod ea que dei sunt nemo
agnouit nisi spiritus dei constat autem
quod conceptus mentalis celebratur ex
mera liberalitate Sic est quod misterium
incarnacionis et contemplacionis huius est
incognitum quia Johannes baptista in
dignum se reputat soluere corrigiam
primo se fatetur nescire dominum et illud
misterium conceptus mentalis hominum
est incognitum Secunda notatur ipsius
contemplacionis modus et condicio ibi quod
furtiue vbi ita modum tanguntur
tria primo quid sit furtiue secundo quod sit
per aurem tercio quod dicitur accipi per ve
nas susurri De primo sciendum quod verbum

etiam suscipitur furtiue propter tria. primo
propter eius excellentiam et incomprehensi
bilitatem non enim posset mens in corpore
posita stante corruptibilitate ferre si fie
ret. vnde filii israel dixerunt moysi
loquere tu nobis et non loquatur nobis
dominus ne forte moriamur Exodi xx°. secundo
propter maiorem humilitatem ad vitandum scilicet
vanam gloriam que menti posset nasci
si sciret se verbum concepisse. vnde Gregorius
super illo primo Regum et dicit
plerique cum diu aliquid sanctitatis in
se conspiciunt mox intumescunt et quasi
de vite sue perfectione gloriantes magis
se in omnibus estimant quia se alios
transcendere arbitrantur licet non
immerito ergo quanto magis donum aliquem
adeo recognoscit tanto magis humiliari debet
vnde beata virgo audiens se matrem
dei futuram dicebat Ecce ancilla domi
ni. tertio propter vitandam desiderii tepi
ditatem ne videlicet tu quis se iam cul
men perfectionis se comprehendisse pu
taret torpescat desiderium querendi sine
acquirendi. vnde apostolus Non quia iam
comprehenderim aut iam vero si non com
prehendam. igitur propter predicta predictum
verbum venit furtiue bonus est dominus qui
furatur dando non auferendo. De secun
do scilicet quod conceptio hec dicitur facta per aurem
propter tria. primo quia verbum est proprium obiectum
capi per aurem sicut exemplum patet in beata
virgine que concepit non qualitercumque per te
corporis sed per aurem. secundo quia auditus
est quodammodo sensus spiritualis aeris est
organum plenum spiritu naturali vnde sensus
dicitur fieri virtute auditus et quia hec
conceptio est omnino spiritualis propterea non
datur carnaliter sapientibus et cum carne
viuentibus sed cum spiritu. vnde quamdiu
apostoli carnaliter sapiebant de christo exceptis
presentia corporali non fuerunt ydonei ad ac
cipiendum spiritum sanctum Iohannis xvi. Nisi ego
abiero etc. tertio quia auditus est magis
disciplinatus sensus et quia verbum etiam
habet manifestare et docere vel est potius
vox manifestationis et doctrinationis ergo convenit
dicitur vnde verbum concipi per aurem
De tertio scilicet quod cum cognitio verbi in hac
vita sicut est cognoscere non possumus
habet esse quod non vocem sed susurrium verbi

percipimus qui enim susurrat vocem
non exprimit sed latentem conceptum emittit
In vita autem beata deus expresse loquitur
et quia nunc homines susurrium conceptione
inspirationis non sit anime immediate
sed per aliqua media creata exteriorum
consideratione mentis surgit ad contempla
tionem creatoris tamen creaturis sive scripture
exteriorum lectione mentis non immediate aliqua
diuina secreta reuelantur sive etiam
homines media fuit spiritus infusi informa
tione quales fuit iohannes qui ysta
scribendo apocalipsim intelligibiles
quales forte fuit idem iohannes
quando scripsit euangelium In principio etc.
et homines media intelliguntur hic per ve
nas. Job iiii. non dicit se suscepisse
susurrium sed venas vel per venas
susurrii accipere possumus signa et
indicia in quibus comprehenditur verbi
cognitio vel potius conceptio accepta
de mente. licet enim illud ineffabile
misterium sit incognitum homini et occul
tum vt dictum est tamen est homini cognoscibile
per aliqua signa et indicia de quibus
dictum est in sermone dominice precedentis
vnde apostolus Nos autem spiritum huius mundi non
accepimus sed spiritum qui ex deo est prima Cor
inthiorum ii° sequitur vt sciamus que nobis a deo
donata sunt ea autem sciunt cognoscimus
per spiritum dei vt vult beatus Augustinus in iiii°
confessionum pertractans supra dicta verba apostoli
Sicut misterium incarnationis vbi Iohannis
baptiste fuit incognitum spiritui humano
et quamdiu ad hoc dixit et ego nesciebam
eum quia tamen sibi innotuit spiritu diuino et
per signa ideo statim subiunxit sed qui
misit me baptizare in aqua ille mihi
dixit super quem videris spiritum descen
dentem et manentem super eum hic est qui
baptizat in spiritu sancto. Sic est de illo
misterio mentalis conceptionis vbi etiam
quia de hoc mens prosternitur vt aliud
et per aliqua signa et tanto plus
quanto plus deus per spiritum dederit sive
aut certitudinaliter quid sit et vnde et
quo vel ipsa mens scire potest et illud
notauit dominus Nichodemo Iohannis iii° Spiritus
vbi vult spirat. quod verbum pertractans
Bernardus in soliloquio dicit Non immerito domine quia
oculis clausis ad te inhiauit mittis mihi
in os cordis quod licet scire quid sit sapore

quid sentio dulce adeo confortante
ut si in me perficeretur nescio aliud quere
rem sed tamen accipio nullo corporis
visu nullo sensu sed nullo anime in
tellectu sed tamen diiudicare et accipere
volo eius saporem statim transiuit dilec
tus quem illud et insita sublimitate pregra
ui gestio illud memorie committere vel
etiam memoria labilem scripto ad animae
et exprimendo cerciorem discernere quid sit
illud quod in canticis dicit desponsati con
nectitur ut veniet et sentiens dicere
quero quem ego volo sed qui vult spirat
ipse omnia interiora mortua dicemus et
insipida et ad te solum lavando oculos
esse vite ut in tuo lumine video lumen
Secundus dicit eiusdem mentis contemplatiue
dispositio que dicitur in horrore visionis
nocturne ubi notantur duo pariter
quod attenditur dispositio mentibus con
pientes vnum etiam formidinem est pretio et
destitutum recognitione quod nota in hor
rore visionis nocturne unde gregorius
humana mens quo altius elevatur consi
derat eterna et factis temporalibus timere
facta formidat quia tanto se rectam
verius dicit quanto se ab aliquo lumine
distrepare quodam subtilius se in
mittat conspicit Exemplum in alauda que
dum canendo modulans elevatur in altum
mox se ad terram premit sed et contra me
tem quidam horror dicitur quam dicitur
horror visionis nocturne quia contemplatione
procedens nocturne vero id est occulte
tamen sed in sompnis dum vel nocturne tamen
contemplationis est caliginose et dubie quia
visum quem hic videndo habere possumus
est quasi sub caligine speculum et quod
dubia videntur luce obumbrata In pa
tria vero videbimus deum luce clara
sicut in die ita fuit horrore turbata
que dixit Canticorum vi Nescivit anima
mea conturbavit me propter quadrigas
aminadab id est propter dominum perfectionis
contemplationis per aminadab qui inter
pretatur populus meus voluntarie per intelli
gitur verbum eternum voluntarie enim genuit
nos verbo vite et veritatis ut simus in
aliquod creature eius quadrige
sunt aminadab super vehicula contin
mens ducitur ad contemplationem vt etiam

ubi quatuor possumus assignare ro
tas id est quatuor virtutes subvehen
tes animam vel quatuor modos sine
gradus contemplationis Secundum tenore
desideriorum comprehensio ubi tunc dicitur
quando solet sopor occupare homines
Sopor ille non est aliud quam depressio
sensuum vel sensibilium delectationum Gregorius
Carnalis est quem mundi sunt agere
appetit quasi vigilat quisquis vero in
teriorem quietem querens huius mundi stre
pitum fugit velud obdormiscat Sic sponsa
preparata fuit illa sponsa Canticorum v° Ego
dormio et cor meum vigilat quanto enim
magis Gregorius mens secreta a strepitu
temporalis conversationis exprimit tanto verius
interna cognoscat et tanto alacrius
in interna vigilat quanto se ab interna
quietudine occultat Exemplum huius habemus
in iacob qui cum in via dormiret positus
lapide supposito capiti suo meruit
videre scalam et angelos dei descen
dentes et ascendentes Sic mens devia
pro vite lapidi Christo unita astrepi
tu mundiali separata rapitur ad divi
norum contemplationem ut dicit Gregorius quinto
libro moralium

Missus est gabriel an
gelus a deo in civita
tem nazareth ad virgi
nem desponsatam viro
cui nomen erat ioseph
de domo david et nomen virginis
maria Recta forma nec lex vice
ius nec mos habet ut sponsa quis acci
piat quantumque magne auctoritatis existat nisi
super hoc virginis quam desiderat consensum
acquirat unde de rebecca Genesis xxiiii
dicitur vocemus puellam et queramus eius
voluntatem Iure etiam canonico matrimonium
non contrahitur nisi consensu utriusque et
hic mos est etiam apud omnes homines
Volens itaque deus pater hic sponsam
in hoc mundo ex qua filius haberet carnem
humanam nequaquam hoc sine consensu virginis
quam ab eterno preelegerat perficere voluit
sed legatum misit ad eam ut eius consensum
inquireret quo habito ipsa mater sua vnigeniti
filii fieret Beatus igitur lucas velud
cancellarius celestis curie volens nobis
desponsationem virginis narrare ubi etiam

describe que initium exstat nostre reparationis
procedit eodem modo quo in principio initium humane
generis fuerat initium nostre perditionis ut
reparatio respondeat lapsui quia sicut dicit
Augustinus Deo placuit eodem ordine et eodem modo
hominem reconciliare quo eum noverat
cecidisse. Ceciderat enim homo scilicet Adam
dyabolo instigante serpente eloquente
muliere consentiente. Reparatus est eodem
ordine quo Deo destinante angelo ex
equente et virgine consentiente et secundum hoc
pars evangelii habet quatuor partes. In prima
describitur nova legatio divine maiestatis.
In secunda prompta exequtio angelice dignitatis
ibi Et ingressus angelus. In tertia mutua
inter collocutio inquirende veritatis ibi quomodo
fiet istud. In quarta describitur devota
humiliatio virginee voluntatis ibi dixit
autem Maria Ecce ancilla Domini. In prima parte
evangelista quinque facit quia primo tangit
quando facta sit hec legatio quia in mense sexto
ut dicit textus. Secundo modo quis fuit
legatus quia angelus Gabriel. Tertio
a quo fuit missus quia a Deo. Quarto
quo missus quia in civitatem Galilee.
Quinto ad quem quia ad virginem. Unum
quodque autem horum plenum est misteriis
et singula spirant ineffabilia sacramenta
et ideo dicit Beda Verba que hic ponuntur
solerter notanda sunt tanto quanto cordi
inserenda quanto manifestius apparet quod in ipsis
tota nostre redemptionis summa consistat. Et
ideo in expositione huius evangelii libet
diutius immorari. Primo igitur describitur
quando facta sit hec legatio quia in mense sexto
a conceptione Iohannis qui fuit martius. Nam
vicesima quinta die huius mensis conceptus est
Christus sicut vicesima quinta die mensis decem
bris natus fuit. Queret autem aliquis
quare hic in mense sexto scilicet martio Dominus concipi
voluit. Respondeo dicendum quod huius possunt quatuor
rationes assignari. Prima ratio est quia
mensis ille dictus est mensis novorum et propter
hoc in ipso debuit illud novum fieri super
terram de quo Ieremias XXXI Novum faciet
Dominus super terram etc. Glosa ... vel
sui. Secunda quia in mense isto incipit terra in
novitate nascentibus ipse vero debuit omnia
renovare. Apocalypsis XXI Ecce nova facio
omnia. Tertio quia in isto mense incipiunt
flores apparere et propterea flos debuit con
venienter concipi tempore florum. Canticorum
secundo Ego flos campi et lilium convallium. Quar

ta ratio est quia in hoc mense est equi
noctium vernale et tunc dies incipiunt fieri
longiores noctibus in conceptione autem Christi
nox precessit dies autem appropinquavit. Romanorum XIII.
Quare eciam tunc nasci voluit in mense
decembri in quo est solstitium quando dies inci
piunt crescere et sic quibus obviat etiam an
tiphona nativitatis dominice per aliquot dies cre
scere diem. Unde dicit Beda quod hic non refert
in proposito quia et Iohannes ante Christum eum
generabat regnum celorum. Notandum autem
quod numerus senarius non vacat misterio. Unde
Christus conceptus est sexta etate sexto chiliade
sexto mense et sexta feria. Sexta quidem
etate quia ipse erat per quem debebat
omnia tempora perfici. Numerus autem senarius
perfectus est. Sexta chiliade et millenario
qui est limes omnium minorum et ipse Christus est
limes scilicet finis omnium annorum. Item sexto
mense factus est in medio. Item sexta feria
quia ista die creatus est homo per ipsum
debebat recreari iam perditus. Et ideo similiter
eadem etate millenario eodem mense et eadem
feria passus est revolutis triginta tribus
annis ut dicitur in hystoria scolastica. Et forte
licet scriptum non inveniatur ut omnia conve
nirent dici potest quod etiam conceptus fuit sexta
feria quia eadem hora passus est fuit
etiam hora eadem peccavit ut sic secundum quandam
convenientiam eadem hora qua Eva seducta
fuerat per dyabolum eadem hora Maria edo
cta sit per angelum. Deinde describitur
quis fuerit missus quia angelus Ga
briel et tria sunt consideranda quare missus
quare angelus et quare Gabriel.
Missus dicitur ut reparatio respondeat lapsui.
Nam ad mulierem primam sponte etiam venit
malus angelus non missus sed proprio ar
bitrio motus. Ad mulierem autem secundam
non audebat etiam angelus accedere bonus
nisi missus Creatoris. Aut angelus mitti
debuit quintuplex est ratio. Prima est apti
tudo misterii secundum Bedam et glosam ut
sicut per angelum malum seducta est mulier
ad perditionem sic per bonum edocetur mulier
ad salutem. Unde glosa Mulier a dyabolo
seducta mortem intulit econtra mulier ab
angelo edocta salutem edidit. Secunda
fuit reverentia virginitatis secundum Bernardum
que cum angelis cognata est hominibus ut esset
semper homines constituta non nisi ab an
gelo debuit salutari ne crederetur mecho

carnalis in salutatione et quia dignum
erat ut homo intraret penetralia tante
puelle que ad hoc manebat clausa
et solitaria ne homini pateret aspectibus
aspectibus unde dicta dicit Canticorum iiii° ortus
conclusus ideo non patuit ad eam
ingressus nisi desuper id est de celo ve-
nienti unde sequitur Et ingressus angelus
Tercia fuit racione congruencie sublimitatis salu-
tacionis que nunciabat quia non nisi
per sublimiorem creaturam debuit nun-
ciari unde dicitur quod pro loquitur ad illud
Matha iiii° Ecce ego mitto angelum
meum Celestem enim regem incautus cele-
stis debuit preire qui regem nunciaret
venturum Non enim decuit regem tam sine
magno precursore venire qui ei pararet
hospicium propterea congruum est privilegium
virginitatis unde dicit Jeronimus Bene angelus
ad virginem mittitur quia semper angelis
cognata est virginitas Nichil est re-
stauratio ruine angelice propter quam
etiam facta est incarnacio Ideo angelus
non debuit excludi ab hoc ministerio sicut
nec mulier Generare uel non quia angelus
scilicet angelus Gabriel qui interpretatur for-
titudo missus fuit est triplex racio
Prima quia mittebatur ad fortem scilicet ad
beatam virginem de qua prouerbia ultimo mulie-
rem fortem quis inveniet etc. et sequitur
procul et de ultimis finibus
precium eius quod propterea non nisi debitam
virgine videtur que deum et hominem in-
infinitum distantes ypostatica unione
in se complexa est propterea Cum altissimo celo etc.
Secunda quia mittebatur contra fortem
ad annunciandum destructionem alterius scilicet de quo
luce xi° Cum fortis armatus custodit
atrium suum etc. unde fortem oportuit
esse nuncium qui nunciaret destructionem
alterius scilicet mundi Tercia quia fortem
annunciabat scilicet christum qui est dominus fortis
et potens in prelio ut dicitur in psalmo
de qua ysaie ix° vocabitur nomen eius
admirabilis deus fortis qui debebat
expugnare fortem id est dyabolum Secundum
luce xi° fortis impegit fortem id est dyabolus
in christum in die passionis et ambo pu-
gnaverunt ille quidem carne moriendo iste
virtute agmittendo Quarta quia opus
quod annunciabat requirebat virtutem
fortem quia potenciam divinam Nam christi
incarnacionis divine erat super omnem virtutem

Nature ideo Gabriel mittitur quia sua
precia fortitudinem et virtutem divinam
insinuat Tercio describitur a quo missus
quia a deo Et propter tria primo ne puta-
retur mitti ab homine et carnalitatem
attenderet suspicio vel certe dubitaretur
de nunciacione propter hoc dicit Zacharie luce primo
Ego sum Gabriel qui asto ante deum
quod dicitur secundum Bedam et Chrisostomum Si homo
taliter promitteret dubitare posses sed
cum sim angelus a deo missus nil hu-
mane suspicieris Secundo ut videtur
intelligi quod non de quocumque ordine ange-
lorum qui frequenter ad nunciandum aliquid
et per angelos alios mittuntur erat angelus
ille scilicet de supremo ordine et immediate a
deo Tercio ne crederetur quod nulli aliorum
spirituum premissum revelasset deus tam
altum consilium et conceptio Gabrieli que
nunciabatur in quibus omnibus apparet ma-
gna dignitas virginis Et hanc tripli-
cem racionem ultimo ponitur assignat Bernardus
super locum istum dicit Non arbitror
hunc angelum de minoribus qui pro qualibet
ex causa solent frequenter legacione quod ex eius
nomine palam datur intelligi quia inter-
pretatur fortitudo dei Et quia non ab ali-
quo forte excellenciore se ut assolet
spiritu scilicet ab ipso deo mitti perhibetur Et no-
tandum quod deus mittens angelum fuit
tota trinitas pater et filius et spiritus sanctus
Pater autem misit quia ei incumbit
providencia de filio desponsando et de gene-
ratione filius vero misit quia vestiendus
erat in virgine scilicet spiritus sanctus eciam
misit quia ipse habuit sanctificare
et obumbrare ipsam virginem Quarto
describitur quo missus est quod in civitatem
Galilee cui nomen Nazareth Nota
quod hic tria scilicet quare in civitatem Item
quare Galilee Item quare non ad aliam
civitatem quam in Nazareth Item dicitur
propter unitatem pacis quam facturus erat
his quibus annunciabatur Civitas dicitur
civium unitas Ephe ii° Ipse enim est
pax nostra qui fecit utraque unum unde
ipse dicit Johannis x° Alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili Item Johannis
xi° Jhesus moriturus erat pro gente
scilicet ut filios dei qui venerat ut dispersi
in unum congregarentur Galilee vero
propter mutabilitatem imperii quia transiturus
erat de incredulitate iudeorum ad gencium

fidelem unde et galilea interpretatur transmigratio
Isaye ix° populus qui sedebat in tenebris
vidit lucem magnam Est autem ad literam
duplex galilea una est galilea gentium
que dicta est terra quam salomon dedit
regi yram in Reg. ix° et de illa non dicitur
Alia est super mare que nazaret et est
galilea inferior et de ista intenditur hic
Item missus est in nazareth propter humili
tatem exempli quia nazaret erat parva
civitas et noluit dominus sicut terreni reges
magnam civitatem eligere nuptiis suis
in quibus copulavit sibi humanitatem nam
ut nos doceret semper humilima loca elige
re Luc. xviii° Qui se exaltat humiliabitur
Est et alia ratio quare in nazareth concipi
voluit quia nazareth interpretatur flos
convenienter autem fuit ut verus flos id est christus
conciperetur in nazareth de amenissimo
flore id est beata virgine ut acciperemus
florem de flore Dicitur autem flos christus
primo propter odorem sancte conversationis
Cant. v° Dilectus meus candidus et rubi
cundus 2° propter odorem suavis opinionis
Cant. i° In odorem unguentorum tuorum
curremus Tercio propter fructum passionis
Cant. ii° fructus eius dulcis gutturi
meo Et nota quod flos ille floruit in con
ceptione et sic in nazareth apparuit in
nativitate scilicet in bethleem Sed emarcuit
in passione et hoc in ierusalem Item floruit
inter duo lilia scilicet angelum nunciantem et
virginem concipientem Item apparuit inter duo
animalia scilicet bovem et asinum in presepio
Isaye primo Cognovit bos possessorem
suum Item emarcuit inter duos latrones
in cruce Sed tandem refloruit in resurrectione
Si ergo vis carpe istum florem sequere de
corem sancte conversationis predica odore
opinionis et habebis fructum passionis re
dicto describitur persona ad quam missus
est quia ad virginem desponsatam viro
cui nomen erat ioseph ubi commendat
eam a pudicitia virginali quia ad virginem
non ad qualemcumque virginem Sed ut dicit Remi
gius virginem mente virginem corpore
virginem professione ut fuit non subito et casu
inventa Sed ab eterno preordinata unde damascenus
libro quarto c. vi° Ipsa dei genitrix ab eterno
et premissa tempore dei consilio depredicta
et diversis ymaginibus et sermonibus
prophetarum et spiritum sanctum prefigurata et predi
cata fuit Sed quantum hic quare christus

concipi et nasci voluit in virgine Ad
dicendum quod propter plures raciones prima est
secundum Bernardum quia congruum fuit quia si deus
concipi et nasci voluit ut non nisi de vir
gine conciperetur et nasceretur Item si beata
virgo paritura erat vel conceptura non
nisi deum conciperet vel pareret Secunda
est secundum damascenum libro iii° ut qui habet in
celis patrem sine matre in terris haberet matrem
sine patre Tercia est secundum Augustinum quia con
veniebat ut primus adventus reparati de
buit virginitatis faceret matrem non esse
corruptam phas enim non erat ut dicit
beatus Augustinus ut virtus castitatis per
voluptatem libidinis nasceretur quia regnum
tenere virginitatem debuit que regem ge
nuit castitatis Quarta est secundum eundem
Augustinum ut signaret sua membra nascitura
de virgine et secundum spiritum nascitura ideo de
cuit capud de virgine nasci Quinta ut
prius adam de terra factus fuerat ita
secundus adam de virgine homo fieret
Sexta sicut per evam virginem facta fue
rat humani generis perdicio ita per ma
riam virginem fieret eiusdem reparacio
Septima iuxta legis preceptum Exo. v°
oportet confirmare honore matrimonii
honor autem matrimonii est virginitas
Octava ut prophecie veritas indicaret Ysa
vii Ecce virgo concipiet Nona racio
est propter complementum operum dei Nam
deus fecit hominem sine viro et femina
ut adam Item de viro sine femina ut
evam Item de viro et femina sicut cot
tidie fiunt congruebat autem complemento
factionis ut faceret hominem ex femina
sine viro et hoc est racio anselmi in libro
de conceptione virginali Decima racio x^a r^o
est quia non debuit nisi novo ordine
de celo venire qui vetustatis destrueret
regnum Undecima quia dominus sibi requi
sivit virginitatis hospitium ut nos ostenderet
castam mentem eius esse habitaculum Et hee
due ultime raciones sunt beati Augustini
in sermone de nativitate Secundo commen
dat eam a castitate matrimoniali quia de
sponsata viro Sed an autem fuit conveniens causa
eam esse desponsatam habes infra de conceptione
virgine Sed quod christus de desponsata nasci
voluit multiplex assignatur racio a diversis
doctoribus quarum quidam sumuntur ex parte
filii prima secundum Ieronimum glosam et Rabanum

est propter declaracionem originis ut videlicet per virum
generacionis series texeretur quia sic est
consuetudo in scriptura et exposit or-
do dignitatis maria et yoseph erant
ambo de eadem tribu secundum illud ubi de
monstrata origine ioseph statim eciam
origo marie / 2a est secundum Ambrosium
propter remocionem suspicionis ne scilicet videretur
concepisse ex adulterio Tercia secundum eundem
Ambrosium propter remocionem excusacionis
scilicet ne herodes et iudei viderentur iuste
persequi christum quasi natum de adulterio
Quarta est secundum origenem propter sustentacionem
pueri virginis ad portari deberet
in egiptum Quinta est secundum eundem et
ignacium Ieronimum et Ambrosium et damacenum
propter occultacionem nativitatis christi ut videlicet
hoc misterium dyabolo celaretur quia
non potuit discernere an de virgine an
de virili semine concepto esset natus Si
enim scivisset conspirasset ad infamiam
virginis vel ad nocumentum prolis vel
ad mortem utriusque sciebat quod christum
nasciturum ex virgine et ideo observabat
si aliqua virgo conciperet ut ipsam infa-
maret Sed cum virgo desponsata con-
cepit christum conceptum non perpendebat et
ita dyabolus deceptus fuit non putans
mulierem nuptam esse virginem nec filium
esse dei Sed hec racio parum videtur
esse momenti quia dyabolus ea que corpo-
ralia sunt perspicacitate sui spiritus optime
cognoscat Unde dicendum quod intra virginitatem
matris in sua carne non obstante dispo-
sicione ad exteriorem quod dyabolus intra per
virtutem divina sicut dicit beatus augusti-
nus ... Sed non potuit videre
mulierem esse virginem non fuit permissum
Sed ut sic racio videtur esse maioris mo-
menti quia ad hoc fuit sibi prohibitum
si non habuisset virum unde per re ferri
racio ista ad mentem dyaboli et videtur
intelligi ab ambrosio fuit enim desposicio
velamen dyabolo ne diligenter perscruta-
ret ea que circa ipsam fiebat virtute
divina Quinque alie raciones sumuntur ex parte
matris Prima est secundum Ambrosium ad vita-
cionem infamie maluit enim dominus
aliquos de ortu suo quam de matris sue
pudore dubitare sciebat enim tenera
esse virginis verecundiam et lubricam
famam pudoris et putavit ortus sui
fidem matris iniuriis astruendam prece
suabatur autem maria ab omni infamia
per desponsacionem yoseph qui fuit te-
stis sue castitatis et pudicitie qui ipsam
si cum esset iustus vindicasset obprobrium
nisi agnovisset sacramentum ut dicit Ambrosius
Secunda est secundum Rabanum bedam et leonem ...
ad vitacionem pene ne videlicet virgo velud adultera
lapidaretur Si diceret aliquis quod si in de-
sponsacione inveniretur corrupta non esset
adultera et per hoc esset lapidanda quod
patet deuteronomii xxii Si invenerit quis puella
que non habuerit sponsum et concubuit cum
ea dabit patri eius decem siclos et habebit
eam uxorem Ridico dominum in secundum quosdam
quod hoc quod refertur hic ad lapidacionem
infamie vel aliter beata virgo fuit de genere
sacerdotali cum esset cognata elizabeth sed si
filia sacerdotis deprehenderetur in stupro
erat illa flammis comburenda leviticus
xxio et ita secundum legem pena mortis ei
deberetur Tercia est secundum augustinum et Ieronimum
ad sustentacionem solacii ut scilicet ministrer
sibi in egipto sine mundo demum redicens
Quarta est secundum glosam ad roboracionem
fidei ut scilicet marie viri fides magis
adhiberetur viderentur enim mentiri dum
pta pregnans ne crederetur si diceret se esse
virginem Quinta est ad participacionem
singulorum videlicet cum actuum status esset
virginitatis coniugii et viduitatis Quinque
eciam raciones sumuntur ex parte auctoritate Prima
secundum Ambrosium et glosam ad remocionem
excusacionis perditarum virginum ma-
trimonialibus velamine excusacionis pre-
beretur ex quo infamata videlicet dum videt
Secunda est secundum augustinum ad confirmacionem
matrimonii propter futuros hereticos qui vole-
bant dampnare matrimonium Tercia est ad sub-
lacionem obprobrii ut ab omni gradu femina-
rum tolleretur obprobrium quod eva meruerat Et
ideo ponit ewangelista sed primo ponit virginem
et postea desponsatam ut ostendatur virgini-
tatis esse preferenda et desponsata sed virgini
ne per electionem virginitatis nuptie ex-
cludantur sed tamen virgines quam nupte
quam eciam vidue in persona marie communi-
ter obprobrio quod in eva contraxerat
exuerunt Quarta est ad commendacionem
exempli ut videlicet ostenderet facta desponsa-
cione ante conventum liberum esse transire
ad meliora vota sponso irrequisito sicut
est religionis ubi anima desponsatur

deo sicut fuit in beata virgine in tempore ma
trimonii ut dicit leo. Prima in sermone est
inspicies angelus fides prompta desspo
sacione castitatis donatio virtutis inde
consilia candens contemptio integritatis
virginitas prius. virgo mater. Vita
est secundum Crisostomum dedicatum misterii quo
s. christus desponsatur ecclesie que virgo est
sine macula et semper sine ruga. talis
virginis omnis sinus filii in fide ibidem ipsa
patet igitur cui desponsata quidem non
corrupta iuncta ut dicit Origenes dicit ergo viro
virum nominat ut dicit Anselmus non ergo mari
tus sed quia homo virtutis et iustus erat
ideo fuit testis legittimus. Sed tunc queritur
quare non alteri viro fuit desponsata sed
tali viro: cui nomen erat yoseph. Dicendum
quod non sine magna racione. Commendatur
nomine yoseph. Magnum enim latet in hoc
nomine misterium ut dicit Beda. quatuor
enim decimi participes huius nominis cele
bres in scriptura. primus fuit filius iacob
secundus ille vir marie/ tercius yoseph abarai
mathia/ quartus ioseph iustus in actibus
apostolorum. Primus presse in figura christum na
sciturum/ 2 nato parvulo curam egit/ 3 eius
mortuo sepulturam exhibuit/ quartus te
stimonium reddit suscitato. Primus prefiguravit
secundus procuravit/ tercius tumulavit/ quartus
predicavit. Sic in primo commendatur prudentia
quia sompnia pharaonis prudenter expo
suit. In secundo temperantia quia mariam vir
ginem servavit. In tercio fortitudo quia au
dacter introivit ad pylatum et petiit corpus
ihesu. In quarto iusticia unde et iustus
nominatus est. Idem itaque dabat hunc
nomen sponsus virginis in qua docemur
misterium huius virtutis unde etiam yoseph
interpretatur agnoscens sive augmentum virtutis
Gen penultimo. Crescere te faciat deus
ac multiplicet ut sit vicior hoc multipli
cetur de die in diem donec spiritualiter formetur
in nobis christus ut dicit Alchwinus super hoc
nomine yoseph. Tercio commendat eam in
nobilitate originis: quia de domo dauid
que erat domus regalis. Sed quereret
aliquis quid hoc pertinet ad genologiam
marie quod yoseph dicitur fuisse de domo
dauid. Dicendum secundum leonem et damiel
Non esse consuetudinis scripture aliquam
genologiam per mulieres describere et ideo non
ponit directe genologiam virginis sed in

directe ut fuerint de eadem domo quod
sic patet quia tamen preceptum legis non fuit
licitum alteri tribui nubere ne confun
deretur hereditas/ et ideo cum dicitur yoseph
fuisse de domo dauid sic etiam de virgine
intelligitur ex quo patet christum natum esse
de dauid originem conceptione matris ex parte
fuit yoseph. Vnde beda ambo erant de
domo dauid et familia dauid. Sed in
altera completa est veritas quam iuravit
dominus dauid alio tamen teste et consorte ipso
yoseph. Sed stricius ante plenius quod yo
seph et maria de eadem domo fuerunt
Nota quod dauid inter ceteros habuit duos
filios scilicet nathan et salomonem et ex li
nea nathan descendit maria quod sic
est vide secundum damiel. Nam per nathan
descendit levi multis intermediis: levi
autem genuit melchi qui et nathan
dicitur et panthezem panther autem
genuit barphanterem: barphanter
autem genuit ioachim yoachim autem
virginem mariam ex linea vero salomonis
descendit ioseph quod sic patet. Nam per
salomonem multis intermediis descendit
mathan qui habuit vxorem nomine
estam ex qua genuit iacob. defuncto
namque mathan qui et melchi de stir
pe nathan eandem estam accepit vxorem
et suscitavit semen fratris sui defuncti
et ex ea genuit yoseph virum marie
Et patet questio quomodo yoseph filius
dauid secundum naturam sed secundum legem filius
heli et quomodo maria et yoseph fuerunt
de domo dauid. commendatur marie no
bilitas quia dauid fuit rex et ipsa filia
regis post constituta regina a dextris eius etc.
Item marie humilitas quia maria humillima
et ipse dauid humilis ij Reg. xxvj° lu
dam et vilior fiam ero quod humilis in con
spectu meo. Item marie pietas quia
dauid misericors et pius et ipsa misericor
die dicitur. Vnde dicit Augustinus in omelia
huius ewangelii Virgo maria ex re
galibus orta ex semine abrahe gene
rosa ex stirpe dauid commutus? contexta
celitus promissa et genita ac primum et
infra pro hominis accessit ad filium ob
dicta insilientium gratie genitrix vite
mater misericordie integritatis enim tua culpa
me corrupcionis destrinxit tua humilitas

deo gratia. Quarto commendat eam dignitate
nominis quia nomine virginis maria
hoc venerabile nomen triplicem habet interpre
tationem in triplici lingwa hebraice interpre
tatur maris stella et illuminatrix: latine
interpretatur mare amarum grece vero
domina imperatrix et quia nomina impo
sita indicant aliquid de condicionibus
nominati nomen illud virginis cum omni re
verencia et devotione vocandi explicat
precellentissime virginis nobilitatem. Ipsa
enim fuit stella propter vel illuminatrix ex filio
sui nativitate qui emisit illum radium
singularem qui illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum: fuit autem mare
amarum in filii passione quia gladius
doloris pertransivit animam eius. Domina
vero fuit in eius assumpcione quia exal
tata est super omnes choros angelorum
vel aliter stella maris est in peccatorum con
duccione per mare istius seculi susten
tans eos ne pereant et ducens ad filium
unde dicitur omnium peccatorum sunt ad ipsam
sicut oculi omnium nautarum ad stellam
Ecclesiastici xxiiii° in me omnis spes vite
hec est enim stella ista exorta de qua
Bernardus: Ne avertas oculos tuos a fulgore
huius sideris si non vis obrui procellis
quisquis te intelligis. In hoc seculi flu
mine demergi respice stellam voca
mariam ipsam tenente te ne corruas ipsa
protegente te ne metuas: ipsa duce
non fatigaberis: ipsa propiciante in tempore
experiri poteris quam merito sit dictum
nomen virginis maria maris stella.
Amarum mare est in peccatorum conversione
per amaritudinem quam eis impetrat ut con
terentur de peccatis suis eis fiunt aliquid
carnalis delectacionis. Vilescunt prius dulcia
non sencit. Domina vero est in temptacionis
subvencione liberans omnes de angustiis
unde Bernardus: In angustiis in periculis
in rebus dubiis mariam cogita ma
riam invoca non recedat ab ore nec
a corde et ut impetres eius oracionis
suffragium non deseres conversacionis
exemplum. De ethimologizatione huius nominis
benedicti habes melius infra in sermone
ne de vigilia x° cum esset desponsata etc.

Et ingressus angelus ad
eam dixit ave gracia ple
na dominus tecum benedicta

tu in mulieribus et benedictus
Descripta dei prius nova legacione
restat describere eius legacionis
prompta execucio in qua pro
cessit angelus sicut bonus rethor.
Sunt enim tres partes principales
Rethorice scilicet exordium narracio conclusio
et hos tres et hos procedit angelus
ut describit ewangelista. Primum enim primo
salutacionis ingressus. 2° sequitur narr
acionis progressus ibi Et ait angelus
et Tercio sequitur conclusionis terminus
ibi Ecce quod et quod nascetur. In prima
parte tria facit quia primo ponitur
angeli apparicio. 2° ponitur eius sa
lutacio ibi Ave gratia plena. Tercio
ponitur virginis angustiacio ibi que
cum audisset. Circa primam partem dicitur
Et ingressus angelus ad eam scilicet mariam
non quidem foris vagantem invenit sed
ut dicit Ambrosius sola in penetralibus
quam nemo virorum viderat solus an
gelus repperit. Manebat enim virgo pru
dens conclausa sciens quod depredari de
siderat qui thezaurum publice in via
portat sicut dyna egressa domum ut videret
mulieres alienigenas carnis integri
tatem amisit quam maria sedens in
domo conservavit. Genesis xxxiiii° Sic exam
venator amisit prius benediccionem. Genesis
Ex quibus verbis habetur quod foris discurren
tes non sunt digni aliqua visitacione
unde dicitur Osee ii° Ducam eam in solitudine
et ibi loquar ad cor eius. Secundo con
siderandum est in qua forma ei angelus
apparuit. Dicendum quod beata virgo vidit ad
se angelum venientem non specie yma
ginaria sed angelus formavit sibi cor
pulentum ut eam sensibiliter virgini appa
reret ut dicit beatus Augustinus in sermone lo
quens beate virgini sub persona beate
virginis. Ad me venit gabriel archan
gelus facie rutillans veste choruscans
in incessu mirabilis aspectu et hoc fuit con
gruum quia ei istud nunciavit quod in spe
invisibilem corpus visibile volunt et vir
gine sumere quare debuit corporali specie
apparere. Tercio videndum est quid nam
repperit angelus virginem agente in ipsa
hora ingressus sui. Et sciendum quod licet descri
bat eam quidam doctores manibus operante
non tamen credo quod ipsa hora fuit opere ma
nuali occupata vel occupata fuit alias in
manibus laboraret. Credo tamen quod

ipsa tunc totaliter erat abstracta et devotissima
in oratione vel contemplatione consurgente tunc
forte spiritualiter ex meditatione super salute humani
generis qualiter per virginem debebat genus
humanum salvari unde eciam quidam dicunt eam
tunc legisse illud ysa[ie] vii[o] Ecce virgo con-
cipiet et pariet filium. In hoc ergo actu tan-
te intime contemplationis quo erat deo totaliter
coadunata ingressus est angelus ad eam.
Racionabiliter videtur quod corporaliter sibi voluit
venire eciam et ipsa sibi spiritualiter fuit venita
actu contemplationis et ad hanc intentionem
applicari potest illud quod sequitur Sapie[ncie]
xviii[o] Dum medium silencium tenerent omnia.
Dum enim omnia creata beate virginis silerent
sicut est in contemplatione et velud in nocte
cuncta labencia in ea sopita erant tunc omni-
potens sermo tuus scilicet verbum eciam venit in
eam deinde ponitur ipsa salutacio. Ave
ubi notandum quod nunquam legimus aliquam mu-
lierem ab angelo salutatam quia causa fuit
tanta ut salutationem perderemus. Sed hec mulier
est salutata ab angelo. Sed quare an-
gelus in salutatione preterinsit proprium nomen
virginis. Dicendum quod nomen eius subticuit
quintupliciter racione prima fuit propter reverenciam
virginis solos equales vel inferiores
nobis solemus vocare vel salutare proprio
nomine: et non superiores. Non enim decens
est quod miles regem vel reginam proprio nomine
vocet ymo tam magnus et altus circumstancias
dignitatum rotundat in corde proprio nomine
ut salue pater aue rex vel domina imperatrix.
Maiorem autem circumstantiam excellentie non
potuit invenire angelus nec ita decentem
sicut gratia plena ad salutandam beatam
virginem. Secunda racio fuit propter misterium
significationis ut videlicet daretur intelligi
quod sit decreto deberet nominari gratia plena
per anthonomasiam idest excellentiam sicut
cum dico propheta intelligo david et cum dico
apostolus intelligo paulum: cum dico sanctus
sanctorum intelligo christum sic cum dico gratia
intelligo beatam virginem. Tercia propter ad
exceptionem specialis dignitatis unde cum aliquis
factus est prior dimisso nomine usitato
eum priorem nominant. Et quia maria iam
electa fuit in maxima dignitate scilicet ut
esset mater dei et per gratie plenitudinem
ideo vocata est gratia plena. Quarta
propter ostensionem nimii affectus et gaudii
rethores in salutationibus obmittunt nomina
propter fervidos affectus accelerationis. Quinta
propter remotionem tristicie quia cum angelus
venit nunciare gaudium nichilominus ad misteria
debuit quod possit inferre causam tristicie
scilicet hoc nomen maria enim una ethimologiam
est nomen doloris et tristicie scilicet amarum
mare propter futuram compassionem quare hoc
nomen tunc debuit rememorari. Sed
pretermisso isto nomine cum magna reverencia
angelus virginem alloquitur. Ave gratia plena.
In qua quidem salutatione angelus captat
benivolenciam explicando eius prerogativas
et laudabiles conditiones sicut eciam nos ali-
quem salutamus titulis laudis et honoris
appositis. Verbi gratia. Sanctissimo in christo patri
vel inclito imperatori et venerabili in christo
patri priori generali vel aliud huiusmodi etc.
Tangitur autem in salutatione angelica mul-
tiplex virginis privilegium. Et primo com-
mendat eam in se in ordine ad deum. Secundo
commendat eam in comparatione ad alias mu-
lieres ibi Benedicta tu in mulieribus.
Circa primum tangit angelus tres eximias
prerogativas virginis quibus ita ex-
cellenter fuerit a deo ditatus deificata
quod non indigebat officio angeli. Solemus
enim eos quibus scribimus nobis dignitate
preferre. Est enim triplex officium angeli secundum
dictum dyonisii. Nullo autem horum indigebat
beata virgo quod ondit angelus in
ipsa sua salutatione primum ergo excludit
cum dicit ave idest sine ve et ideo non indi-
get purgatione quia sanctificatio al-
tissimi iam purgavit eam. Secundum
excludit cum dicit gratia plena: et ideo
non indiget angelica illuminatione quia
plenitudo gratie illuminavit. Tercium exclu-
dit cum subdit Dominus tecum et ideo non
indiget perfectione quia presencia filii dei implet
et perficit vel aliter gratia plena. In hac
salutatione triplex prerogativa singularis
marie ostenditur scilicet nature gratie et glorie
prerogativa ex parte nature innuitur in
hoc cum dicit ave idest sine ve et hoc
tripliciter ve tamen subiacet genus humanum
scilicet pudoris laboris et doloris fuit enim
sine ve pudoris in conceptione et laboris
in gestatione: et doloris in parturitione.
Nam ut dicit thomas ipsa fuit sine corru-
ptione fecunda sine gravamine gravida
sine dolore puerpera unde misit Spiritus
sanctus superveniet in te et virtus altis-
simi obumbrabit tibi: et ideo gestacio
sine gravamine quia sustentat virtus
altissimi; ideoque et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur: et ideo partus
sine dolore quia soli principi ista por-
ta servata est quia non violavit egredi-
ens sicut nec ingrediens. Ezechielis xliiii[o]

[illegible] triplici ve nulla virgo mulier
nata [illegible] caruit nisi sola ista benedicta
in mulieribus ut dictum est mulieri Gen
[illegible] Multiplicabo erumpnas tuas
et conceptus tuos in dolore paries fili
os tuos Unde ipsa fuit plena ve in hac
autem benedicta femina precisum est illud
eue infelicitatis eulogium ut dicit beatus
Augustinus et ideo convenienter in ea conversum
est illud nomen Eva et mutatum in Ave
Item aliter Ave id est sine ve triplici sine
culpa concupiscentie et pene de quo triplici
ve habitantibus in terra Fuit autem virgo
maria sine primo ve quia fomes concupiscentie
originalis peccati quia in ea extinctus
fuit vel sic debilitata quod non inclinaret
eam ad peccatum veniale et maxime post
conceptionem postquam sanctificavit divinus tha
bernaculum suum altissimus Item fuit sine
secundo ve scilicet culpe unde beatus Augustinus
in libro de natura et gratia excepta beata
virgine maria de qua cum de peccatis agitur
nullam volo fieri mentionem et post hanc
virginem si omnes sancti et sancte congregari
possent et quereretur ab eis an haberent
quid dicerent nisi illud quod dicit Joh
[illegible] Si dixerimus quia peccatum non habemus
Item fuit sine tercio ve scilicet pene dissolu
tionis que est in separatione corporis et
anime quia sicut non dedit deus sanctum
suum id est Christum videre corruptionem sic nec
sanctam suam de qua natus est sancta sua
non corrupta sed in corpore assumpta et ani
ma sicut pie creditur Nam secundum Origenem
Corpus humanum post mortem solum habet unde
federatum unionis sed hoc privilegium speciale
unius virginis corpus suum assumptio sortio
non dissociare Nam corpus non permisit
putrescere et statim animam revinxit cor
pori et hoc est quod de ea dicitur quod quadam
oratione mortem subiit nec tamen mortis nexibus
deprimi potuit scilicet duobus de predictis Ite
aliter Ave id est sine ve alio triplici scilicet car
nis mundi et dyaboli Apocalipsis xviii^o ubi
triplicatur excitus vicibus in isto id est ve ve
ve civitas illa babilon Primum ergo ve
excludit virgo maria per virginitatem
secundum per paupertatem tercium per humilitatem
quas virtutes supereminent in se habuit
Prerogativa vero quarta [illegible] [illegible] in
hoc quod dicitur Gratia plena et hoc triplici
scilicet corporali spirituali et singulari Gratia cor
poralis fuit virginitatis gloria in carne
propter hoc dicitur Can iiii^o ortus conclusus
fons signatus Gratia spiritualis fuit habun
dantia virtutum in mente Can iiii^o fons
ortorum puteus aquarum Gratia singularis
fuit presentia filii dei in ventre propter quod dicitur
ei Can vii^o Venter tuus sicut acervus
tritici id est Christi longidus et plenus grano
frumenti qui de se dicit Nisi granum fru
menti cadens in terram id est in statum virginis
incarnatione et mortuum fuit in passione
[illegible] vallatus virginibus liliis virginitatis
Sic enim fuit incarnata ut gramen
liliis vallata de hiis dicit beatus Ambrosius
in libro de virginitate Maria inquit virgo
erat non solum corpore sed et mente quod ta
ctus eam que sine corporis contagione
generavit etc Et subdit etiam de tertiis
eius virtutibus tacita corde humilis verbis
gravis animo prudens loquendi parcior
legendi studiosior intenta operi verecundior
sed fastidior sermone arbitrium mentis non
hominem sed deum querere neminem ledere maio
ribus assurgere equalibus non invidere
iactantiam fugere rationem sequi virtutem
amare etc usque ad secundum Et subdit quod enim in
singulis immoror que digna fuit ex qua
dei filius nasceretur etc usque ad tantum vel aliter
plenitudo virginis accipi potest secundum illas
duodecim prerogativas quas et ponit beatus
Bernardus in omelia huius evangelii quatuor
excepte celi que fulserunt de celo et que
sunt utero sanctificatio angelica salutatio
spiritus sancti supervenio filii dei conceptio
Item quatuor excepte carnis scilicet virginitatis
primicia sine corruptione fecunda sine gra
vamine gravida sine dolore puerpera
Item quatuor excepte corporis scilicet devotio hu
militatis reverentia pudoris magnitudo
credulitatis et martirium cordis Vel aliter gratia
plena dicitur quod aliquod vas sit plenum
vel teneat bonum liquorem quatuor requi
runtur videlicet quod sit vacuum purum solidum
et profundum et secundum hoc accipiuntur quatuor
prerogativa beate virginis dicitur plena
gratia que sunt vacuitas vanitatis [illegible]
aspecto puritas scilicet virginitatis soliditas
caritatis et profunditas humilitatis hec sunt
que admirantur in ea ab angelis Can vi^o
Que est ista que ascendit quasi aurora

consurgens pulchra ut luna propter virgi-
nitatem luna enim corpus frigidum
est: electa ut sol propter caritatem ferven-
tissimam terribilis ut castrorum acies ordina-
ta propter humilitatem quia nihil est terribilius
demonibus quam humilitas. Deinde dubi-
taret forte aliquis cum Christus est plenus
gratia similiter beatus Stephanus et hic beata
virgo dicitur gratia plena quo differt ut
in istis gratie plenitudo attendatur. Ad quod
dicendum. Nota quod triplex legitur dictam plenitu-
dinis gratie. Prima est [illegible] que est [illegible]
[illegible] in istis personis [illegible]
Implens omne animal benedictione. Alia est
sufficientie sive sufficientie quam habuit Ste-
phanus. Act. vi. Stephanus plenus
gratia et fortitudine. Hanc etiam habuerunt alii sancti
[illegible] pro sua capacitate. Tertia est
plenitudo superabundantie quam habuit beata
virgo de qua hic. Ave gratia plena et super-
plena. Ieronimus ut dicit Ieronimus. Ceteris
per partes, in Maria vero se tota infudit
gratie plenitudo. Unde sicut in sole deus
posuit virtutes omnium siderum: ita in Maria
virtutes omnium sanctorum. Quare non sufficiebat
ei cum aliis habere plenitudinem sufficientie
nisi haberet eam cum singulari prerogativa
et in tanta habundantia quod posset superefflu-
ere et redundare super peccatores. Unde dicitur
de ea Cant. iiii. Fons ortorum puteus
aquarum viventium que fluunt impetu de
Libano. Quarta est consummationis
sive excellentie de qua soli Christo plenus
gratia et veritatis et de hac omnes accepimus.
Capitulo de plenitudine eius omnes acce-
pimus. Prerogativa glorie. Nota in hoc quod
subditur Dominus tecum non solum [illegible] tecum
[illegible] sicut cum aliis cum quibus est vel per
illapsum vel per participationem sed tecum
singulariter et singulari modo per unionem
nature quia secundum naturam virginis [illegible]
[illegible] unita est divina natura quod fuit
glorie singularis unio. Prov. xxxi.
Mulier gratiosa Maria gratia plena inve-
nit gratiam de qua Proverbiorum [illegible] Gratia patris
et etiam matris est filius sapiens. Filius
autem sapiens est Christus Ihesus. Dicit ergo
Dominus tecum et hoc triplex. Tecum [illegible]
deus pater quia tu es mater filii. Tecum dominus
spiritus sanctus quia tu thalamus spiritus
sancti et tu [illegible] tres incarnati [illegible]
[illegible] est domini incarnati sed filius. Propter
primum beata virgo fuit abysag sunamitis

domicella virgo intacta a David de qua
iii Reg. primo. Quesierunt adolescen-
tulam speciosam in omnibus finibus Israel
et invenerunt Abysag Sunamitem et ad-
duxerunt [illegible] Rex vero non cognovit eam. Propter secundum
fuit Bersabee mater Salomonis de qua iii Reg.
primo. Venit ergo Bersabee ad regem Salomonem
ut loqueretur ei [illegible] ad dextram eius. Propter
tertium archa testamenti de qua Exo. xxv.
Archam de lignis sethim compingite vel
aliter dominus tecum in utero quia prefigurat
te in figuris multis et prophetiis. Gen. vi.
Fac tibi archam figurata [illegible] virgo. Ecce
virgo. Item [illegible] Dominus tecum in utero sancti-
ficans de spiritualibus carismatibus.
Ps. Sanctificavit tabernaculum suum altis-
simus. Dominus tecum in utero impregnans
te et implens sua presentia. Item aliter dominus
tecum in mente per virtutum habundantiam
ut hic Ave gratia plena. Tecum in ventre
per suam corporalem presentiam. Ysaie vii.
Ecce virgo concipiet. Tecum in potestate propter
peccatorum indulgentiam ut facias apud eum
quicquid placuerit tibi. Illud Ysaie. Et ea
subditur illud [illegible] iii Reg. ii. Ait Sa-
lomon ad matrem suam id est Christus ad Ma-
riam. Pete mater mea neque enim fas est
ut avertam faciem meam. Unde Bernardus. Securum
habes o homo accessum ad deum ubi habes
matrem ante filium, filium ante patrem. Mater
ostendit filio pectus et ubera, filius ostendit
patri latus et vulnera. Nulla ergo poterit
ibi esse repulsio ubi concurrunt tot caritatis
insignia. De his tribus [illegible] Unde con-
[illegible] Dominus tecum: tecum in corde: tecum
in utero: tecum in auxilio. Deinde extulit
eam angelus in comparatione ad mulieres
alias cum dicit. Benedicta tu in mulieribus
id est super mulieres. Circa hoc sciendum quod triplex
gradus in benedictionibus [illegible] mulierum ad quem
gradum tamen nulla alia attingit mulier.
Primus gradus quod fecunda est et non
virgo. Secundus quod virgo et non fecunda.
Tertius quod virgo et fecunda quod est privi-
legium Marie et propter hoc dicit illud Luc. x.
Maria optimam partem elegit que non
bona pars quia fecunda: melior quia virgo
optima quia simul virgo et fecunda
[illegible] virgo mater et filia plena et
vacua plena deo filio vacua semine
hominis. Et sunt tria [illegible] etiam
dicit Benedicta super mulieres quia [illegible]

[illegible] concepit et parit puerum
pue[illegible] omnes sicut h' genuit deum verum
In p' ind[illegible] dominice. Etiam tua
benedicta et super mulieres alia ratione
quia ipsa fuit aliena a qu[illegible] triplici ma
ledictione mulierum parientium. Prima ma
ledictio est quia dixit illi deus Gen. iij°
Multiplicabo erumpnas tuas et conceptus
tuos maxime enim servitus mulierum
calamitatibus est subiectus a quibus virgo
beata liberata fuit. Secunda est multiplicabo
conceptus tuos. mulier enim plures hic concepta
seu impregnationes. Maria non semel pre-
gnata est et ipsa de spiritu sancto. Tertia est in dolore
paries filios tuos sed virgo beata in leticia
peperit ut dicit beatus Augustinus. Tercia
est subiecti potestate etc. sed beata virgo
sub nullius viri potestate fuit. Tum quia
ipsa virum omnibus dominantem genuit
ipsa viris omnibus domina. In ea namque
impletum est illud Isaie iij° Opp[illegible] vos sic
qui mulieres dominantur. Prov. [illegible] aut
bone melius deus est mulieribus qui [illegible]
mulieres. Vide infra in expositione in
festo huius euangelii. Item ipsa sic benedicta
tu in mulieribus ut [illegible] mulieres et hic tri
plici ratione quia participat cum omni tria
tura et statu mulierum fuit enim cum virgi-
nibus virgo: ad coniugatis fecunda cum
viduis casta et hoc est quod sibi dicitur
Cant. vij° In Iacob inhabita et per
Iacob qui interpretatur luctator intelligitur
status coniugatorum per Israhel qui hoc nomine
accepit ab angelo qui emarcuit nervus
femoris intelligitur status continentium per
electos status virginum que divine spali
[illegible] in sequuntur agnum quocumque ierit
Apoc. xiiij°. Item tertio sic benedicta
tu in mulieribus: et hoc propter triplicem benedictionem
quam habuerunt per ipsam mulieres contra tria
mala a quibus liberate sunt propter
beatam virginem. Primum fuit verecundie
que enim mulieri causa fuit apparere
cum perditum fuit per mulierem totum genus
humanum unde in signum huius dantur velum
in capite. Sed Maria [illegible]
[illegible] liberavit eas [illegible]
[illegible] est genus [illegible]
fuit maledictum legis [illegible]
erat omnis mulier que non [illegible]
in Israhel. Deuter. [illegible]
abolevit virgo virginum [illegible]

tulit deo suam virginitatem. Et propter hoc
dicitur de ea illud Ps. Adducentur regi
virgines post eam. Tertium malum est dispe
ratione et infima condicio mulierum in
Prov. ultimo Mulierem fortem quis inveniet
[illegible] nullus nunquam sed per illud potest dici
est inventa est mulier fortis cuius pre
tium et de ultimis finibus quia de supremo
sinu dei patris et limo terre precium redem
ptionis accepit in suo utero et que sua
fortitudine supplantavit diabolum. De hoc
Gen. iij° Ipsa conteret caput tuum
et tunc cessavit insidiator mulierum
propter hoc tria dicitur ei in persona Iudith vlu°
virginis. Tu gloria Ierusalem contra verecun
diam; que tu leticia Israhel contra ma
ledictionem legis: tu honorificentia populi
nostri contra abiectionem [illegible]
Item benedicta tu in mulieribus quia par
ticipas triplicem benedictionem mulierum de
quo Gen. xlix° Benedictionem celi de
super benedictionem abyssi iacentis deor
sum benedictionem terre pendentis in me
dio. Pectus autem eximius accepit in me
dio benedictio ergo celi fuit virginitatis
que comparata est angelorum benedictio
terre fecunditatis quia terra fecunda
et hoc est quod ibi in Gen. dicitur benedic
tionibus uberum et vulve. Benedictio
vero abyssi [illegible] humilitas propter
hoc dicit ipsa Eccli. xxiiij° Girum
celi circuivi sola et profundum
abyssi penetravi et in fluctibus
maris ambulavi. De clausula vero
que adiungi solet Et benedictus fructus
ventris tui. Scribitur infra in evangelio
secunde ferie. Notandum quod super hac
salutatione numquam perveniet valebit ut
aliquis excellentius dulcius congruus
beatam virginem possit salutare vel
laudare quam hac salutatione quam
ipse deus pater dictavit et per angelum
ei destinavit. In quibus singulis
implicantur dulciflua misteria. Ita
deus pater sua omnipotentia eam
confirmavit ut esset domina ab
[illegible] quod importat illud verbum
Ave. Filius quoque dei sapientia sic eam
perlustravit ut esset preclara sy
dus quo celum et terra illustratur
quod hoc notat nomen Maria quod sonat

idem quod maris stella. Spiritus enim sanctus etiam sua dulcedine eam penetrando sua eam tam graciosam efficit ut omnibus qui quesierit per eam graciam inveniet quod innuitur in hiis: gratia plena. Inchoante vero divinitatis amonetur istius ineffabilis unionis et operationis qua tota trinitas in ea perfecit ut sue carnis statum divine nature in una persona copulavit ita quod deus fieret homo deus quantum in illa hora gaudii consolationis dulcedinis habuerit nullus virginum hominum ad plenum poterit experiri. Perfecta clausula autem Benedicta tu in mulieribus agnoscit omnis creatura mirando et testatur eam benedictam et exaltatam super omnem creaturam tam celestem quam terrestrem. Benedictus fructus ventris tui: benedicitur et extollitur excellentissimus fructus virginalis qui omnem creaturam vivificavit et in eternum benedictionem dedit. Unde quidam huic sanctissime excellentissime salutationis contemplatione volens sub brevibus verbis hoc metrum composuit quod sequitur: Ave rosa sine spinis cui que pater in divinis maiestate sublimavit ab omni ve purgat. Maria dicta stella maris tu aurora illustris luce clare divinitatis que profulgens celis datis. Gratia plena te perfecit spiritus sanctus cum te fecit vas divine bonitatis et totius pietatis. Dominus tecum miro pacto verbo vite carne facto operarim conditoris o quam dulcis vis amoris. Benedicta tu in mulieribus hoc testatur omnibus tribubus celi fatur te beatam super exaltatam. Benedictus fructus ventris tui quo nos semper dono fruimur preter gustum hic in vita et post morte in eternum amen. Huic salutis sensum tue laudis gratum pensum corde tuo sumi pia clemens dulcis o maria. Habita aliquali intelligentia dulcissime salutationis angelice diligenter est notandum quod septem sunt que frequenter debent nos inducere ad dicendum hanc salutationem sive ad salutandum devotissimam virginem. Primum est exemplum angeli. Quia si angelus salutat eam multo magis nos in terra. Et ingressus angelus ad eam dixit Ave benedicta que est ita hec virgo tam nobilis ut salutetur ab angelo tam humilis ut desponsata sit fabro. Secundum est tripudium Johannis qui adventum virginis in verbo non possit exprimere totum se extendit in ventre matris ad resalutandum eam et exultavit gaudio infans. Glosa: quia quod lingua

non poterat animo exultante salutat et. Tertium est reverentia virginis quia est regina celi ideo est adoranda salutanda et veneranda. Ps. Astitit regina a dextris tuis. Stat quia iuxta regem regum filium ut qui adoret regem adoret et filium sic enim rex vult. Quod ostendit in se ipso Salomon iij Reg. ij: surrexit in occursum matris et adoravit eam. Quartum est vitatio magnitudinis ingratitudinis. Magna enim est ingratitudo recipere tot beneficia a beata virgine et non recognoscere et regratiari sibi eam salutando frequenter. Jeremie: Recordamini domini procul terra ihesu christi et Jerusalem id est beata virgo ascendat super cor vestrum. Erubescite a salutatione de silentio. Unde Bernardus in sermone de nativitate: virtutes beate virginis tanto altius intuemini quanto devotius affectu a nobis eam honorare volumus qui totius boni plenitudinem posuit in maria ut si quid spei in nobis est si quid gratie si quid salutis ab ea noverimus redundare et ideo nos deus voluit quod per manus marie non transiret. Unde ipsa dicitur aqueductus. Eccl. xxiiij. Quintum est magnitudo et altitudo contentorum que continentur in ipsa salutatione que tota plena est mirabilibus et misteriis altissimis que omnia redundant in salutationem nostram. Unde libenter debemus recordare de principiis nostre salutis. Bernardus: ubi nomen marie nominatur ibi demonum fuga terris venia egris medicina pusillis corde robur afflictis consolatio peregrinantibus ad interim datur. Sextum est dulcedo suavitatis que resultat ex ipsa salutatione et datur frequenter dicentibus. Unde ipsa dicit Eccl. xxiiij: Spiritus meus super mel dulcis et hereditas mea super mel et favum. Hereditas beate virginis est salutatio sua quam hereditavit apud homines sicut pars est hereditas filii sui. Septimum est lucrum resalutationis. Qui enim libenter salutant beatam virginem resalutantur ab ea. Est enim domina curialissima nec permittit se salutari sine resalutatione. Prov. viij: [illegible] vigilant ad me invenient me [illegible] in ave maria pro [illegible] me ad nutricem. Unde [illegible] ad hanc devotam orationem [illegible] ponit pr. illud [illegible] maria que multum laboravit [illegible] et licet apostolus dicit

de alia maria. Adhuc tamen mariam vir
ginem gloriosam transferendo dicere possum
quod ipsa plus omnibus laboravit et preci
pue in sex propter que etiam debemus eam
salutare libentissime. Laboravit enim in
puerperio in parvulo suo dissolvendo
et reponendo sicut paupercula non habens
ministras obstetrices. Luce. pannis eum in
volvit. Secundo laboravit fugiendo
in egyptum cum ipso parvulo. Math. ii. Surge
et accipe puerum et matrem eius et fuge
in egyptum. Tercio in nutriendo in magna
paupertate quia ut dicit Ieronimus colo et
acu acquirebat unde se et filium susten
tabat. Quarto in querendo. Luce. ii. fili
quid fecisti nobis sic. Quinto in recogitan
do quia reponendo omnia dicta et facta
filii in corde ut postea revelaret ewan
gelistis ad instructionem nostram. Luce ii. Ma
ria autem conservabat omnia verba hec etc.
Sexto in insequendo eum usque ad mortem.
Iohannis xix. Stabat iuxta crucem. Septimo
laboravit et adhuc laborat pro nobis
quottidie intercedendo. Iohannis ii. Filii
vinum non habent. Unde simplicitas et
efficacitas salutis nostre negocia pertractat
tanquam fidelis mater inpsis cotidie etc.

Que cum audisset turbata
est in sermone angeli eius
et cogitabat qualis esset
ista salutatio etc. Hec est
tercia pars principalis huius
ewangelii in qua ponitur mutua locutio
sive collocutio in generede vitatis ponit
enim quidam dyalogus inter angelum et
virginem ex ordine sinuet ex premissa
angeli salutatione sic complementum
in virginis consensu et inter hec tot dyalo
gi attenduntur in mutua confabulatione
et hic quatuor partes habet et videmus
quod bis fuit locuta virgo et bis an
gelus. Prima locutio virginis fuit
intellectualis quia cogitabat quod fuit mo
deste et magne prudentie quam cogi
tationem angelus cognoscens ait ad
eam ne timeas. Secunda locutio vir
ginis fuit vocalis et magis ... celebe
rate et sumpta ... fiet
istud. Cum credens ...
... superveniet in te. ... in
aliam literam ... ista pars ... pro

precedente immediate ut dictum est quod post
quam posita est angeli apparitio et eius
salutacio ponit virginis auscultatio
ubi commendabilis ostenditur tripliciter
videlicet in auditu et aspectu et affatu verecun
da sive pudica. In cogitatu prudentia
unde innuit cum dicat que cum audisset etc. in
quo subdit turbata est. Illud cum stringit
et cogitabat dicit ergo que scilicet virgo
cum audisset nova salutacionis formula
vel sic que scilicet verba ipsius angeli cum ipsa
virgo audisset in silencio et taciturnitate
auscultasset etc. in illud Eccli. xxxii. audi
tacens et preveniat accedat tibi bona
gratia et prompta fuit ad audiendum
non autem ad loquendum. In quo primo
commendatur eius modestia et ideo dicit
Que cum audisset idest perfecte audientiam
prebuisset. Unde ambrosius de institutione virginis
verborum vitare lascivias. Maria etiam
salutacionem angeli verebatur. Et ideo turba
ta est in sermone eius. turbata est idest
equali timore perterrita. Videns quam mode
sta erat verba medius eius affectum tetigit est
autem naturale humane fragilitati pavere
in primo aspectu sponsi etc. in glosa. Sed
queritur hic cum enim beata virgo assueta
fuit visionibus angelorum quare timuit
ad hoc potest quadruplex ratio assignari.
Prima est etc. in glosa propter novitatem ap
paritionis speciem et si quidem consueta
fuit videre angelum nunc tamen tamquam
novo apparuit et sumpta specie corporali
ut dictum est supra et cum ingenti lumine
et splendore et ex hoc fuit aliqualiter
perterrita. Unde cantatur et expavescebat virgo
de lumine. Unde in Hester. ultimo. Vidi te domine
quasi angelum et turbatum est cor meum
pre timore glorie tue. Secunda propter
virginalis pudicitie verecundiam quod
ut dicit Ambrosius. Trepidare virginum est
et ad omnes viri aspectus et affatus
vereri. Unde potest dicere sponsus eius in
Iob. a facie eius turbatus sum. Unde Ambrosius
libro primo de officiis. Timuit virgo cer
turialis et humilis pro verecundia tamen
non resalutavit angelum salutantem
nec ullum tulit responsum a virgine
tenere discant virgines verborum lasciviam.
Et non sufficit quod verecunda et intrepida
fuit prima mulier que non pavebat
affatum dyaboli in specie serpentis. Equaliter

hec virgo vidit angeli pavebat aspectum
et affatum. Prima mulier primum verbum
quod legitur locuta fuisse fuit loquta
dyabolo contra primum verbum virginis quod
legitur dixisse loquta est angelo. Tercia
ratio nove salutationis forma unde Gregorius.
Quod assueta fuit vero salutatione vel visio
nibus angelicis Ewangelista non visioni
sed relationibus turbationem attribuit dicens
turbata est in sermone eius et hoc ideo
quia sermo eius novam salutationis formam
ingerebat unde Ambrosius in ordinationis
nova formulam mirabatur que nullius
quam est ante comperta sed soli marie
hec salutatio est servata. Unde Abacuk
domine audivi et turbatus est venter
meus et cetera. hoc exponendum est: turba
ta est id est admiratione stupefacta vel
attonita. Quarta ratio laudationis
excellenciam quia angelus eam lau
davit in suo sermone et quanto me
ritis magis laudibus attolluntur
tanto amplius timent unde dicit tur
bata est in sermone eius. Aliquis tur
bata est sed non perturbata quia enim tur
bata fuit verecundie virginalis que
non perturbata fuit fortitudinis quod vero ta
cuit et cogitavit fuit prudentie et
discretionis et hoc est quod subditur
Et cogitabat qualis esset ista salutatio
non unicum sed cogitabat quia numquam
audita fuerat huiusmodi salutatio. Si
cut ut dicit Crisostomus secundum se ad alium
exemplum similem esse suum sermone ut
potest que habebat legis scientiam numquam
eam quasi percognita talis salutatio
(?). Sed dubitaret forte aliquis
cum enim verecundia sit ex culpa et ma
ria aut non fuit aliqua culpa quomodo
ergo fuit verecundata ut dicitur contra
(?) quod verecundia non est hominis
studiosi. Dicendum quod verecundia potest accipi
dupliciter. Uno modo prout est timor confusionis
de aliquo turpi vel culpabili vitio
commisso et talis verecundia non fuit
in beata virgine. Alio modo sumitur vere
cundia ut est quedam passio lauda
bilis apprehensionem alicuius turpis
vel culpabilis non tamen ut est sibi
possibilis sed difficile et vitabilis et hoc est
in hominibus virtuosis et perfectioribus qui ad
sic sunt dispositi ut si in eis esset ali
quid turpe verecundarentur unde
philosophus eam appellat verecundiam ex

suppositione et procedit hec verecundia
ex opposita detestatione turpitudinis
et hanc verecundiam in summo habuit
beata virgo et patet ad obiecta et hanc
distinctionem innuit glosa super isto verbo
Qualis esset ista salutatio que sit de
Elizabet de culpa erubuit maria
de verecundia. In mulieribus enim mens
pudoris adhibetur in virgine gratia
pudoris augetur et ut intelligatur
inde glose tractus quod elizabet erube
scebat de conceptu cognatus eo quod
senectute libidini vacasse videtur
et huius sumpta verecundia fuit hec secundo
dicta et talis verecundia fuit germana
gratia et dono spiritus sancti et pro
cessit ex ingenti lumine et splendore
angeli loquentis et accipiebat ibi
virgine argumentum pudoris.

Et ait angelus ei Ne time
as maria invenisti enim gratiam
apud dominum. Ecce concipies
et paries filium et vocabis
nomen eius ihesum hic erit
magnus et filius altissimi
vocabitur et dabit illi dominus deus
sedem david patris eius et regnabit
in domo iacob in eternum et regni eius
non erit finis et cetera.

Premissa salutationis ingressu sequitur
narrationis tractatus vel processus et
dividitur in duas partes. Prima ponitur
angeli narratio. Secunda virginis per
cunctatio ibi dixit autem maria ad an
gelum. Prima in duas quia primo premittitur virginis
ab angelo confortatio. Secundo describitur
nativitas ad quod venit explicatio. Videbat
enim angelus trepidantem et ideo utrique
rei volens satisfacere primo timorem ex
pellit deinde misterium sue salutationis
exponit ibi invenisti enim gratiam
apud dominum. Dicit ergo. Et ait angelus
ei ne timeas in quo confortavit virginem
et eius animo expellendo timorem quod
proprium est spiritus bonorum quia licet
in principio aspectus timeat humana fragi
litas quod tamen timorem expellunt ideo
autem angelus voluit timorem expellere de
virgine ut haberet intelligentiam dominice
incarnationis quam annunciare volebat
quod angelus ne timeas non enim ve
... ablatus non
... predicatura tua laude et ...

virginitatis sed conditoris puritate
contubernia imitatur non simili sepe
tibi minister si permiseris sponsus lecti
tui sponsalium tractator non mysteriorum
mollitor. Veneritur nunc quare angelus
non virginem propriam nominavit in salutatione obti-
nuerat nunc explicat in narratione. Ad
hoc possunt duplex ratio assignari. Prima est
racio secundam: quia enim ex salutatione vir-
ginem turbatam viderat ideo quasi fami-
liarius vocat eam cognomine ut audito
nomine proprio virgo ad se redeat. Fertur
enim quod habet vim expressio proprii nominis
aliquando ut alienatus animo ad se redeat
sive redire dicatur, quod patet in domino
apparente Marie flenti ad sepulcrum. Et
ei Mulier quid ploras ita nimie arguit
eum estimans eum esse ortulanum. Sed cum dixit
dixit ei Maria statim eum agnovit ad hoc
est enim quod Christus resuscitans Lazarum
clamavit proprio nomine eius dicens Lazare
veni foras Johannis xi. Secunda
ratio est quia enim angelus in salutatione
proprium nomen obmiserat fuit ex reverentia
ut prima ratio pretendebat. Nunc autem
quasi oblitus reverentie ipsam confortat
et confortando consolatur. Et quantum
adhuc ipse fuit maior virgine pro quanto
confortans et consolans est maior
consolato quo adhuc ideo nomine suo
exprimit. Notandum autem ut dicit Petrus
Ravennas angelus confortans virginem
ne timeat non sine metu metum dissol-
vit nam angelus admiratur et timet
semper eum cui illud deum venire in virgina-
les angustias cui tota angustia crea-
tura. Deinde dicit Invenisti enim gra-
tiam apud dominum, describit negotium ad
quod veniat explicatio. Hec ordine quia
primo exprimit dignitatis acceptationis bene-
placitum. Secundo denuntiat salutifere
fecundationis beneficium ibi Ecce concipies.
Tertio pronuntiat nasciturum prolis sancti-
ficationem ibi Hic erit magnus. Et pro ista
tria modo respondent illis tribus que
angelus in salutatione premiserat ex
quibus virgo propter eorum claritatem ma-
ximam turbata erat et ideo ea non magis
explicat quia enim dixerat Ave [illegible] plena
est quasi declarans dicit Invenisti gra-
tiam apud deum. Quod Non turberis [illegible]
quod dixit gratia plena quia invenisti

gratiam apud deum gratiam scilicet singularis
electionis quia nobis dixerat Dominus tecum
quo singulari modo conceptionis deus sit
cum virgine aperit ibi Ecce concipies.
Et quia dixerat Benedicta tu in mulieribus
quia benedictionis causam in magnitudine
prolis nasciture assignat ibi Hic erit
magnus dicit [illegible] Ne timeas
quare quia invenisti gratiam apud deum
quasi dicens rationem non timere: quia qui apud deum meretur
gratiam non habet quod timeat. Invenisti
enim inquit quo merito scilicet certe humilitate
prudentia et castitate consensu puritate
de primo dicit Augustinus qualiter quamvis
gratiam recepit non nisi mediante humili-
tate. Humilibus deus dat gratiam. De secundis
duabus dicit Gregorius Invenit gratiam virgo
coram deo quia splendore prudentie
propria decoravit animam gratam se deo ha-
bitaculum preparavit et non solum celibatum sed
inviolabilem reliquit et immaculatam castitatem
custodivit. Itaque invenisti gratiam apud
dominum quia gratiam dicit Virgo dei et homi-
num pacem mortis destructionem et vite repa-
rationem possumus autem colligere novem gratias
quas invenit beata virgo apud deum prima
est et fuit gratia predestinationis, nec
tamen eo modo non communem modum quem ha-
bent electi sed cum singularem pre omnibus
quo videlicet predestinata est futura mater
filii dei. Eccli. xxiiii° Ab initio et ante se-
cula creata sum. Secunda fuit prefigura-
tionis in signis et portentis. Gen. viii°
Affert tibi [illegible] deligunt [illegible]
per beatam virginem de medio [illegible] sanctificatur.
Tertia pronuntiationis in prophetis Ysaye
xi° capitulo dicitur virga de radice Yesse
et Num. xxiiii° orietur stella ex Iacob.
Quarta sanctificationis in utero matris
Ps. Sanctificavit tabernaculum suum al-
tissimus, tabernaculum inquam suum in quo
imperator noster armavit se et exivit ad
expugnandum diabolum de quibus armis
in Ps. dicitur Apprehende arma et scu-
tum scilicet carnem in qua accepit illos di-
ros ictus clavorum et lancee. Quinta est
gratia conceptionis filii dei in utero proprio
Michael enim est magis mirabilis quam divinitus
quam deum patrem generare verbum quod tamen
virgini est communicatum. Sexta fecunda-
tionis et pudoris quia virgo fecunda
casta puerpera mater intacta invenisti

quod querebas invenisti gratiam apud deum
Et petrus ravennensis loquens ad virginem
Virgo inquit te in mentem prestitit gratia non
natura: in tuo conceptu: in tuo partu tremuit
pudor aucta est integritas solidata est vir
ginitas Septima est exaltationis in celo
in qua exaltata est super choros angelorum
ps. Elevata est magnificentia tua. Octava
devotionis in terra quis enim tam sceleratus
qui non habet devotionem ad beatam virginem
quis etiam offendens pedem ad lapidem
et non vocet beatam virginem Eccli xxiiii° et sicut
nebula texi omnem terram. In nebula signatur
devotio. ibidem in omni gente et in omni po
pulo primatum tenui. Nona exauditionis
in curia summi imperatoris a quo que sic
placuit ut nihil negetur ei iii regum ii° pete
mater mea. Vide dicta filioli hec peccatorum
scala hec mea maxima fiducia hec tota
spei mee ratio vobis si pro ea nobis pre
stata si pro sua advocata compatietur
vobis non deerit vice nesciam sciendum nec
facultas deesse potest neque voluntas
que regina celorum est misericors et ma
ter misericordie. Nota tamen mira quod quam perdidit
perditum tandem restituit Maria invenit
gratiam ut hic dicitur. Si nos perdidimus ea
per scelere accedamus ad thronum gratie
et repetamus perditam rem: rogantes autem
eam pro fletibus et devotis orationibus
Ipsa est enim ita legalis iusta pia et gra
ta quod nulli querenti denegat gratiam
Vide Bernardum Omnibus omnia facta est omnibus
sinum misericordie aperit ut de eius plenitudine
accipiant universi captivi redemptionem egri
curationem: tristes consolationem peccatores ve
niam: iusti gratiam: angeli letitiam denique tota
trinitas gloriam et ille. Deinde demonstrat
salutifere fecundationis beneficium Ecce concipies
ubi declarat quod operatur deus tecum et tan
git fecundationem virginis quasi per eam
verba loquentur ysaie vii° Ecce virgo concipiet
et pariet filium et eam ostendit esse illam
virginem de qua hic prophetatum est. Signi
ficat concipies ut videbat hoc ipsum esse ma
gnum et novum miraculum quod virgo conciperet in
utero eius scilicet in concipiendo. Jeremie xxxi°
Jeremie xxxi° Novum faciet deus super terram
et quia omnis conceptio fieri debuit de no
stra sorte et carne virginali ideo addit
in utero tamen gloria virginali [illegible] Cursa
Dicebat deus antiquitus nostro nativitatis
[illegible] et [illegible] medio [illegible]
pare quod enim de virgine nasceretur convenit
coinquinationem nobis tradet quia conceptus sine
libidine sequitur partus sine dolore
ideo addit Et paries filium ysa ultimo
Antequam parturiret peperit filium quis
audivit unquam talia aut quis vidit
huic simile, et quia partus sine dolore
sequitur fructus uteri ad salutem ideo subdit
Et vocabis nomen eius ihesum id est sal
vatorem Act iiii° Non est aliud nomen
sub celo in quo oporteat nos salvos fi
eri huius figuram expressit in ioseph de quo
Gen xli dicit quod pharao vertit nomen
eius et vocavit eum lingua egyptiaca
salvatorem mundi Circa hoc benedictum
nomen ihesus considerare debemus tria scilicet
brevitatem in dictione quia non sunt nisi duo
sillabe ut laboret homo invocando sic
conctis vn ysa x° Ro ix° verbum abrevia
tum faciet dominus super terram Item immensi
tate et virtute quia ut iam dictum est non
est aliud nomen sub celo phil ii° dedit
illi nomen quod est super omne nomen
Item suavitate in sapore quia ut dicit Bernardus ihesus
mel in ore melos in aure iubilus in
corde Eccli xlix° in omni ore quasi mel
indulcorabitur Deinde premittit nasci
turi prolis fastigium hic erit magnus
ubi declarat quod operatur benedicta tu in
mulieribus assignans tamen huius bene
dictionis excellentiam sepe enim benedicuntur
parentes in filiis sicut aliorum virtuosis
dicimus: benedicta mater que te genuit
sicut luce xi° Beatus venter qui te
portavit Sed dicitur hic erit magnus Ambrosius
non quod ante partum virginis non fuit
sed post quam dei filius naturam humanam
homo acceptus vnd erat in tempore magna
sit persona homo et deus dicit enim ma
gnus non quia talis magnus est quam iohannes
de qua etiam predictum fuerat erit enim
magnus coram domino hic magnus
ut deus et dei filius ihesus hic multo
absconditur quia [illegible] et cetera non habet
hic potentia in magna natura tamen peccatori
bus concedit et aptius mundat [illegible]
magne dicit Orig vide magnitudinem magne
salvatoris quo in toto orbe diffusa
sit ascende ad celos et vide quo celum
repleverit descende per hoc in abyssos
et vide eum illuc descendisse si hoc
vides pie in tenebris ope complementum

quod dictum est hic erit magnus de-
scribit autem magnitudinem sue fastigium
tribus scilicet gratie singularitate
regali dignitate et in potentie
eternitate. gratie singularitas tangitur
cum dicit Et filius altissimi vocabitur
scilicet per gratiam unionis filius naturalis
genitus non per adoptionem sicut nos
sumus filii dei secundum nam secundum illud
Johannis primo vidimus gloriam eius etc et
ideo est eque altissimi prius dicit autem
vocabitur in personali non vocabis ut iam
prius cum de receptione iohannis loqueretur
diceret et vocabitur nomen eius iohannes
Sed hic dicitur vocabitur quod secundum Gregorium
Non utique imponens ei vocabulum sed ipse
vocabitur a quo non nisi a coessentiali
genitore Ille enim solus verus in-
pres quo quidem imponitur nominis qui
perfecte ipsum cognoscat sed nemo novit
filium nisi pater ipse vocabitur ab ipso
scilicet patre ut plus modo dicit ulli non
Sed tunc contra apparet vocatus est filius
ab eterno iuxta illud ps. dominus dixit
ad me filius meus etc Sed hic dicitur
vocabitur quod est futuri temporis quo non
apparet quod etiam hereticorum qui dixerunt
xpm ante mariam non fuisse secundum quod
sonat quod licet xpus secundum divinitatem ab eterno
vocatus fuit dei filius quo ad assu-
mendam humanitatem adhuc quidem angelus
dixit illa nondum fuit vocatus filius dei
nec filius virginis quia nondum erat
et ideo dicitur de futuro vocabitur
et est sensus hic quem tu concipies est quidem
et fuit ab eterno filius dei sed illud quod
ad huc est nascendo assumet per unionem
ypostaticam vocabitur ille idem filius
dei et hic est magis quod Beda dicit io
futuri temporis verbis angelus utitur quia
secundum hereticos xpm ante mariam non fuisse
asserunt sed quia secundum eandem personam ho-
cum deo idem nomen sortitur Ad secundum magis
quod angelus annunciat hic ubi incarnacionem
futuram non quo ad sua eterna generationem
sed quo ad incarnationem notificatur Et ideo dicitur
vocabitur scilicet apparet scilicet per nominis impositionem
sed ab hominibus per fidei cognitionem et hoc
est quod dicit Gregorius ... tertia sequitur est

temporis in quo ad naturam doctrina nomen eius
patuit non autem dicit erit vel fiet vel
habebitur Nam et ante secula fuerat
consubstantialis patri Regalem dignitatem
insinuat cum dicit Et dabit ei dominus
deus sedem etc et de xpo debebatur
regnum iudeorum iure hereditarie suc-
cessionis et hoc David erat promissum
ps. de fructu ventris tui etc Jeremie xxiii
Ecce dies veniunt dicit dominus et suscitabo
David germen iustum etc Est autem signum
ad intendendum secundum Bedam quod angelus di-
xit prius enim filius altissimi nunc nec
patrem suum dicit eo in xpo secundum duas naturas nam
secundum unam est filius dei et secundum aliam
quod est filius david Et nota secundum Ba-
silium quod non intelligendum est quod hic dicitur
de materiali semine david neque enim xpus
in hoc mundo habuit temporale regimen domini
david populo sed spiritualiter est intelligendum
vel de sede patris regni celestis vel de
fideli anima in qua sedet deus vel de
sede regni eterni potentie eternitate
notatur cum dicit Et regni eius non erit
finis et regnabit in domo iacob in
eternum quod promissum est ii Regum vii
Suscitabo semen quod egredietur
de utero tuo et firmabo regnum eius
usque in sempiternum licet autem soli in-
dei secundum carnem sint de domo david
quia tamen domus david magis in fi-
de religionis fundata erat quam in carne
et in sanguine Et ideo secundum glosam
per domum david intelligitur tota
ecclesia que per fidem et confessionem
patriarcharum sive de illis qui ad
patriarcharum pertinet originem sive sor-
tem sive de illis qui de oleastro excisi
et in olivam bonam sunt insiti etc omnes
fideles sunt de domo david et iacob
Judei non non credentes de domo david
et iacob non sunt ut dicit Apostolus Rom.
ix Non omnes qui ex israel sunt israelite
sed qui sunt filii promissionis com-
putantur in semine et ut intelligatur
quod illa eternitas de qua dicitur sit proprie
xpi ut dicit tarentia finis Daniel vii
potestas eius eterna potestas que non auferetur
Hoc competit xpo secundum Gregorium non solum
in quantum deus sed etiam in quantum homo
et in parte qua habet regnum in istorum

quorum corda habitat finaliter non misterium virginitatis tue et omnia subicientur et ut deus erit omnia in omnibus etc.

Dixit autem maria ad angelum Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco Et respondens angelus dixit ei Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis quia non erit impossibile apud deum omne verbum

Posita angeli narratione sequitur prudentissima virginis percunctatio et dividitur in duas partes quia primo ponitur virginis expedita interrogatio Secundo subditur angeli expedita responsio ibi et respondens angelus dixit Primo ergo ponendo virginis questionem subdit eius motivam rationem ibi Quomodo fiet istud etc. Ubi nota quod cum salutasset angelus virginem et tanta locutus fuisset ipsa ad omnia tacuit etiam quasi expectans angelus virginis responsum et tunc primo ipsa locuta est et ut dicit Crisostomus propositum sue mentis quod scilicet in mente vitam virginalem ducere decrevisset et ad tanta angelus retulisset proposita fuit quia secundum Ambrosium Neque enim non credere debuit angelo neque iam tunc usurpare divina et ideo de re non dubitans de modo querit Quomodo fiet istud quod concipiam et pariam filium Cum enim triplex sit concipiendi modus unus carnalis alius spiritualis tertius admirabilis et singularis querit quo istorum modorum fiet et ut dicit Ambrosius temperantior est virginis responsio quam verba sacerdotis Zacharie fuerunt hec enim Quomodo fiet istud hic autem unde hoc sciam negat ille se credere quasi fidei adhuc aliud querit auctorem ista se querit factum profitetur nec dubitat esse faciendum quod quomodo fieret inquirit et legerat maria Ecce virgo concipiet et credidit ideo futurum sed quomodo fiet non legerat nec alicui prophete fuerat revelatum tantum enim misterium non fuit hominis sed angeli esse promissum et ideo decuit ab angelo querere.

Subdit autem eorum motivum ad querendum quoniam virum non cognosco et distinguendo litteram non est legendum totum sub interrogatione usque cognosco sed finienda est interrogatio sed est interrogationis io

Et nota secundum Basilium quod virum cognoscere accipitur dupliciter uno modo pro notitia alio modo pro copula nuptiali et sumitur hic unde considera excellens motivum quantum illa gloriosa virgo virginitatem amavit que etiam angelo nunciante partum altissimi filii cuius regni non erit finis adhuc ut sollicitatur de virginitate prestantiore incorruptibilitatem angelica visione et tanti liberorum prolis partu commendavit ut dicit Gregorius Nazarenus. Vide exponendum est quoniam virum non cognosco idest nunc non cogniturum propono alias enim mala esset interrogatio Nam ut dicit Gregorius Si maria ea copule nuptialis desponsari voluisset ioseph et sibi demaritata esset concepto admiratione ducta non interrogasset quomodo fiet illud Ex quo evidenter patet quod fuit virgo non tantum carne sed et mente et proposito Et ut dicit Crisostomus ipsa fuit prima femina que virginitatem vovit deo suam virginitatem

Sed tunc queritur cum beata virgo vovit deo suam virginitatem quomodo consensit in matrimonium videtur peccasse votum frangendo continentiam per consensum in matrimonium ubi mulier non habet potestatem sui corporis sed vir secundum apostolum. Item virgo Et si dicas quod consensit cum tali conditione quod numquam veniret ad copulam carnalem Contra hoc non est verum matrimonium quia talis est contra substantiam matrimonii ut extra de conditionibus appositis. Ad hec respondendum est secundum intentionem Augustini et in libro de bono coniugali et magistri in libro 4 distinctione 30 quod maria et

Joseph antequam esset facta mutua desponsatio virginitatem proposuerunt et uterque consensit in matrimonium revelante spiritu sancto nec alter consensit in altera nisi docente spiritu sancto alter alterius cognovisse propositum vovendi virginitatem

Sed tunc queritur utrum beata virgo

consensit in carnalem copulam dicto
secundum eundem augustinum quod non consensisset
nisi deus spiritualiter ei hoc revelasset vir-
go maria erat sed ad carnalem copulam
non erat consentiens nec dissentiens
quod non dotabatur spiritus sancti reve-
latione quid esset agendum. Deinde post
angeli expedita iussio Et respondens
angelus dixit ei per quam … de-
lectabatur angelus loqui cum virgine
unde ei ad singula reddit valde ex-
pedite explicans modum virginei con-
ceptus quasi diceret angelus querenti quomodo
esset modus erit ille tu fecundaberis
sine virili semine, concipies sine
libidine et paries sine dolore. Et
hec tria dividuntur hic quantum ad primum
dicit Spiritus sanctus superveniet in te
tunc fecundaberis spiramine sine
virili semine. Quantum ad secundum et concupis-
citur Et virtus altissimi obumbra-
bit tibi idest refrigerabit te ne sacie
estu(?) concupiscentie secundum unam expositionem vel
aliter secundum aliam expositionem Et virtus
altissimi obumbrabit tibi idest opera-
bitur in te ut illeso pudore et sine la-
bore possis parere. Et hec tangit hu-
go in libro de virginitate beate marie dicens
Spiritus sanctus virginem superveniet et
per eius operationem caro christi de carne vir-
ginis formaretur quantum ad primum et subdit
Et virtus altissimi obumbrabit tibi
ne flammam carnis incentiva carnalis con-
cupiscentie urerent. Quantum ad secundum et infra
Audivimus inquit ego aliquam virginem con-
cepisse licet non peperisse virginem
quia de viro concepit et peperit mis-
eram namque in partu corrupta est integri-
tas quia in conceptu est polluta virgini-
tas. Visitaque erat pareret non sine
dolore quia conceptus non erat sine libi-
dine Sed omnia illa absunt a virgine
non fuerunt et hec quantum ad tertium horum
autem sunt tres figure. Figura est
virga aaron que floruit sine semina-
rio. Secunda figura … est de rubo
qui ardebat sed non comburebatur. Terti-
mo figura tertia est in rore et vellere
gedeonis vellus enim tunc sit de corpore

passiones corporis nescat(?) secundum Leonem
dicat ergo Spiritus sanctus superveniet
in te idest deorsum veniet ad te. Iacobi
primo Omne datum optimum et omne donum
perfectum et cetera. Dicitur primo Et accipitur
virtute supervenientis spiritus sancti duos
Et ita conceptus tuus erit spiritus sancti
sursum et de superventione non virilis com-
mixtionis deorsum corruptione. Et nota
secundum Ambrosium supplicat … est non
solum deus condidit creaturas sed etiam
mentem(?) multiplicandi eas secundum generationem
rebus indidit et aliud ordine ordinare
potuisset quod voluisset contra hoc est factum
in conceptu christi virginali et hic fuit
privilegium virginis singulare ut
dicit … hec namque fecunditas
et virginitas obviaverunt sibi ibi
semel factum est quod ab initio factum
non fuerat nec fiet amplius. Decimo
Nota ergo quod spiritus sanctus supervenit in
virgine sicut idem spiritus ferebatur
super aquas in principio mundi et cetera
Nam sicut tunc ex aquis super aquas
ferebatur produxit animal aquatile
ita nunc ex purissimis partibus san-
guinis virginis in quam supervenit
produxit corpus christi. Supervenit
igitur spiritus sanctus in virgine quemadmodum
virtus solis descendit super rosam
et lilium dans illis modum concipiendi
et virtutem. Notandum autem quod licet ita
conceptio operata sit ab operatore totius
trinitatis cum opera trinitatis sint
indivisa specialiter tamen attribuitur
spiritui sancto hoc opus propter quinque ra-
tiones. Prima enim secundum Hugonem est
propter infusionem gratie sine meritis ut
vult per hoc quod dicitur conceptus de spiritu
sancto ostendatur quod sit de sola gratia
quam nulla hominis merita precesserunt.
gratia autem attribuitur spiritui sancto
unde glosa Spiritus est nomen omnis gratie
que a deo inspiratur. Secunda est secundum Am-
brosium propter virtutem operationis quia
sicut operatione et virtute spiritus sancti con-
ceptus est cui attribuuntur opera clemen-
tie et pietatis Tertia est secundum augustinum

Secundo propter ostensionem eximie cari-
tatis que attribuitur spiritui sancto
ut sic ostendatur quod verbum dei caro factum
est ineffabili caritate qua deus sic di-
lexit mundum ut filium suum unigenitum
daret Ioh. iii. ~~[illegible]~~ Tercio vero quartus
est secundum Hugonem de libro de virginitate
beate virginis marie propter motum
conceptionis. Nam amor viri et mu-
lieris motivus est motum conceptionis
naturalis ita quod conceptio non sit nisi
sola dilectione et spontanea ut pre-
dixit. Sic in conceptione illa ineffabili
et supernaturali quia eius in virginis mente
amor spiritus sancti singulariter ardebat
Ideo in eius ventre amor spiritus sancti
mirabilia faciebat. Et ista ratio est
quia conceptio est membrorum organizatio
virtute formativa spiritus existentis in
semine. Quia vero christi conceptio super-
naturalis est ideo congruum fuit quod supernatura-
lis spiritus eius esset artifex. Sequitur
Et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Virtus altissimi est dei filius secundum
Crisostomum vide prima Cor. primo Nos
predicamus christum dei virtutem et
dei sapientiam. Et attende quomodo hic an-
gelus totam trinitatem virgini edi-
dit primo ergo spiritum sanctum aperte co-
memorat dicens Spiritus sanctus su-
perveniet in te. Deinde nominat filium et pa-
trem et sequitur patrem nomine al-
tissimi insinuat. Exponitur autem um-
bra multipliciter primo sic quod sicut um-
bra refrigerat umbra ab estu solis
Sic verbum divinum in sua conceptione refri-
geravit virginem removendo ab ea
omnem estum concupiscentie. Et hoc est quod dicit
Beda concupiscentia in te non est ubi erit
estus ibi umbram facit spiritus sanctus.
Alio modo sic umbra [illegible] corpore sine
corporis lesione sic christus processit
ex virgine sine omni lesione et dolore
et hy duo modi exponendi tacti sunt
Tercio sic secundum glosam obumbrabit
tibi id est dabit umbram contra omnem
tribulationem. Quarto sic ut utraque na-
tura datur hic intelligi de christo quia
secundum glosam umbra a lumine et corpore
obiecto solet formari et virgo sed

purus homo plenitudinem divinitatis
capere nequibat sed virtus altissimi
obumbrabit tibi dum in eius corpore
lux divinitatis corpus suscepit huma-
nitatis ut posset deum pati secundum
hunc intellectum obumbrata fuit virgo
tamen per susceptionem humanitatis sicut
sol quem cum visu intueri possimus
obumbratur nobis aliquo velamine
sic dicit Bernardus. Quoniam spiritus sanctus vero
vera umbra corporis sui temperavit
sed nobis de obiectu vivifice carnis
videamus verbum de carne solem de nube
lumen de testa. vide ibidem Bernardus
super Cant. sermone xxxi. Ideo virtus
altissimi de carne christi virgine ob-
umbrabit ut quod impossibile erat
mortali virgini vel femine obiecta tamen
vivifica corporis sui temperantia maiestatis
et lucis sustinet inaccessibilem vel aliter
secundum intellectum potest adaptari sic secundum
Gregorium xviii moralium per lumen divinitatis
per corpus caro virginis umbra ex
hys duobus unita divinitas de corpo-
re ut dicit Gregorius. Quia in quo lumen
incorporeum intro virginis erat incor-
poratum recte ei dicitur virtus altis-
simi obumbrabit tibi id est lumen
incorporeum divinitatis accipiet in te cor-
pus divinitatis humanitatis. Quinto sic secundum
Bernardum quia enim quesivit demo quomodo [illegible]
Respondit angelus. Spiritus sanctus su-
perveniet in te et tu quod concipies de
spiritu sancto sed istum modum quo istud fiet
christus in suo secretissimo consilio obum-
brando occultabit ut sibi tantum notum ha-
beatur. Ideo dicat secundum Bernardum quid
a me queris quod in te mox experi-
eris scies et feliciter scies sed isto
doctore quo et auctore ego nuntiare
sum missus virginalem conceptionem
non creare. Sexto sic tu enim angelus
promiserat virginem eam concepturam
et hic fiendum spiritum sanctum superventurum ve-
rum posset dicere beata virgo. Ergo ge-
stam a nulla fragilis quo possum
spiritus sancti ardorem de tanta maie-
state [illegible] sustinere ut ita magna

que dicat in me compleantur Et ru
dens angelus d. Et virtus altissimi
que suppleb it ire virtutis viri eum
tibi obumbrabit tibi id est totaliter
capiabit te vel te sibi totum conformabit
sicut umbra corpori configuratur ut ef
ficiaris capax et recep[tibilis] tanti mu
neris et hanc expositionem [po]nit gregorius
Nazanzenus Deinde cum dicit Ideoque et
et quod nascetur ex te sanctum Postquam
premisit angelus salutacionis in
gressum generale [...] narracionis
progressum Sequitur modo conclusionis
eius Conclusio autem hec quod virgo nuda
concipiat et ex ea nasci debebat filius
dei in conclusione sic ponit quia primo
premittit ipse angelus ipsam conclusionem
Secundo subdit probacionem cum dicit Et
ecce elizabeth Tercio infert conclusionem
ibi Non erit impossibile Conclusionem ergo
cum dicit Ideoque et quod nascetur ex te sanctum
vocabitur filius dei q. d. quia enim fe
cundaris virtute spiritus sancti non semine
viri generabis sed filium dei generabis quem
non de libidine concipies ideo non peccatorem
sed filium dei paries et per consequens sine do
lore paries vide glosa Ihesus nascetur
sanctus quia condicione nature corrupti
bilis vincet et ex commixtione copule
carnalis conceptus non est Nos vero
condicione nature corruptibilis stricti
per gloriam possumus sanctificari et con
tingit ut quia contra morem vel excipit
supra modum humane consuetudinis dei
filium generaret Et nota quod dicit sanctum
indefinite et sic tune quia secundum Bedam
si diceret sancta vero sanctus hoc parum
dixisse videtur Posuit autem indefinite
sanctum quia quicquid fuit quod virgo gene
ravit procul dubio fuit sanctum et quia
filii hominum nascuntur polluti ephesios
dicens nascimur natura filii ire vocabitur
ergo non filius viri sed filius dei usque
ire vocabitur a daemonibus deus fortis
Et aqua ut ab ipso deo prefocatis rme
Item vocabitur ab ipsis credentibus a ma
gis Tu es filius dei vivi Item vocatur
bitur a militibus [...] ultimus dixit

Centurio vere filius dei erat iste Item
vocabitur a demonibus luc. viii quid
mi et tibi ihesu fili dei altissimi ut quid
ante tempus et cruciare autem dicit vocabitur
et non vocaberis Et quare non erit nihil est
de hoc habitus est super illo vocatur filius altis
simi Deinde subdit approbacionem seu confir
macionem dicte conclusionis per exemplum dicens
Et ecce elizabeth cognata tua etc. q. d. Si
deus dedit conceptum semini et sterili potuit
eciam dare iuveni et virgini Fuit enim in
elizabeth duplex impedimentum ad concipi
endum scilicet senectus que est defectus eta
tis sterilitas que est defectus nature quorum
utrumque est contra conceptionem contrarium
et utrumque tangit hic beda et in glosa
Nec virgo in partu despet accipiet exemplum
de sterili ut discat quod omnia deo sunt pos
sibilia que secundum naturam videntur contra
ria Ad maiorem autem confirmacionem
commemorat virgini tempus conceptus
elizabeth cum addit dicens Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis etc.
Ubi queritur non statim a primo conceptu
elizabeth facta est hec annunciacio sed distu
lit ad mensem sextum Respondeo secundum crisostomum
hoc factum est ut tumor ventris preberet
argumentum conceptui alias autem testes
habes Et hic supra de primo evangelii
ubi hoc exponitur et adverte hic gabriel
secundum crisostomum industriam quia non ad
duxit exemplum de sara vel de rebecca
vel rachele que antiquiores erant et re
moniora sed adduxit exemplum propinquum famil
iare et manifestum Talia enim exempla
forcius monentur Erat quidem exemplum mani
festum quia sterilitas elizabeth fuit divul
gata intantum quod communiter fuit vocata ste
rilis Dubitaret forte aliquis elizabeth
cum esset de stirpe sacerdotali sicut et za
charias maria vero fuit de stirpe re
gali quia de domo david ut supra dictum
est quia tribubus non licuit commisceri
simul quomodo elizabeth fuit cognata virginis
Ad quod dicitur secundum glosam quod post tempora
david Ioyada pontifex accepit uxorem
de tribu sacerdotali et regali iacobi
filiam Ioram et utroque tribus regalis
et sacerdotalis erant coniuncte Et inde est
quod maria et elizabeth erant cognate

Non obstante q de eadem tribu no cont
et ideo fuerunt cognate s maria et
elizab3 quia anna mater virginis ha
buit sorore nomine ysmeria Het aute
ysmeria genuit elizab3 matre iohis
baptiste et ita fuerunt cognate in 2o
gradu quia filie duaru sororu Et aut
in tribubus no licuit misceri s unus
quisq uxorem accipe de sua tribu ro
sicut ne distributio sortiu confunderetur
s hoc fallebat in tribu leuitica quia
ista int certos sorte no habebat et ideo
mulieres de ista tribu poterant nube
ubi volebant / et conjuncte in sede ut
dicit gloza ut de utraq tribu mediator
nasceretur qui regnet et est sacerdos
eternu 2m ordine melchisedech et
hoc dinotat etia in nomine ihu xpi uncti
qui scilicet reges et sacerdotes et prophe
in veteri lege ungebantur Utrum du
bitaret a'gnus quia angelus ad
duxit exemplum de elizab3 / aut enim bta
virgo dubitauit de verbis angeli
aut no videtur q no dubitauit de
re s de modo quesiuit tam ambros in
Nec dubium q'n spus sanctus qui ea
impregnatura erat intus eam inse
reret Si igitur no dubitauit q ad apa
sui exemplo admadhc q licet ex ribe
Beda in glozi ne virgo in partu despa
ret videtur dubitasse btam virgine
Ipa tamen 2m bedam d hoc no postsebat
unde postea subdit dns Non quasi in
credulam exemplis hortatur ad fidem
s credenti ampliora replicat ut que
virgo deum erat paritura preterea sore
vero elizab3 sterili nasciturum agno
sceret Het beda et est in gloza et ideo
q bta virgo no dubitauit tanquam
incredula unde ei exemplum datum est non
ad fidei acquisitione s ad eius confir
matoe et est pua ro quare angelus
adduxit hoc exemplum alias aliqui coniecturan
tur tria Bda prima est du miraculum
miraculo ingeritur gaudium gaudio
cumulatur Secda ut prius per angelum
qm per hoiem hoc misteriu doceretur
Tertia ut ipa hmoi misteriu et aliorum
tempus et ordine scriptoribus reuelaret

Maria ut audiens cognatam vetula
concepisse de eius obsequio cogitaret re
Quarta ut nobis exemplum humilitatis daret
ne de dignitate caritatem omittere docea quo
q bta virgo e docta exemplo eliza
bet Deinde subjungit ratione sm dicti
q nichil no erit impossibile rc Utrum virgo
Om ... sit facere et semo eius
... est facere quod loqui
loqui quod vellet Merito ergo nomina
no impossibile ee ome vm et deo tamen
aliquid permittit deus sine dubitatione
credendum est et tamen omnia possibi
lia est ut fiat sicut promittit b
Nota q contra hoc quod hic dicitur
arguit faustus Si apud deum nichil
est impossibile faciat ergo contradictoria
verificari ut ea que sunt sint no sta
Ridetur 2m mentem btm augustini
q signanter dicit hic angelus quod
no est impossibile apud deum omne vm
quod est vm inst conceptus mentis vn
btus augus xvo de civitate dei dicit verbum
quod foris sonat signum est vbi quod intus
lucet / omne igitur vm idest omne quod
pt ee conceptus mentis hoc est aut omne
quod hz rationem entis primum obiectum
intellectus e ens / ratione aute intellectus entis
no habent ista que implicant contradictionem
ut contradictoria simul est vera et
huiusmodi talia ergo no sunt possibilia no
ppt impossibilitate rei s audita angeli
sua conclusione ee necessaria ut iam
virgo neq dubitare posset nec va
leat dissentire recta

Dixit autem maria ecce an
cilla dni fiat m 2m ver
bum tuum rc Premissa legatione
dme maiestatis et subsecuta
executione angelice dignitatis
hic inc ponitur deuota humilitas virginee
voluntatis que attenditur in adhibitione sui
consensus que quidam consensum flagitauat
sancti patres et prophete Nec mirum quia
deo totius mundi salus pendebat in
lingua exclamauit o bta maria salutem
omne captiuum tuum deprecabatur assensu
tedomina mundus sue fidei desiderare
fecit noli morari virgo in tuo festina

Responde verbum o domina redde verbum
et suscipe verbum profer tuum et suscipe
divinum: emitte transitorium et amplec
tere sempiternum. Dixit autem maria
et hoc ut verius crederetur expansis
manibus et oculis in celum quid dixit
audiamus desideratissime virgo. Ecce
inquit ancilla domini fiat mihi secundum ver
bum tuum. O qualiter voce exclamat beatus
augustinus o felix o via tu signis [illegible]
que dum humiliter fidem dedit celi in se
opificem incorporavit. Et licet singula
verba huius ewangelii sint plena mi
steriis ut supra dictum est ista tamen
precipue redolent virtutes incompara
biles videlicet quod sub compendiosa expressione
virgo ponit sex verba que redolent sex
virtutes eximias in beata virgine vide
licet Ecce ancilla domini in quo obedien
cia prompta: ancilla: in quo humilitas
perfecta: domini in quo virginitas immaculata
fiat: in quo spes secura: mihi secundum ver
bum tuum: in quo fides devota. Et ut presen
tes hec verba singula plenius advertamus quod
hoc ecce: est dictio tante effluentie et
dulcedinis quod inter cuncta verba que beata
virgo dixisse legitur in ewangelio crebrius
dixit illud Ecce ymmo de omni dulcedine
quam habuit in celo et in terra in via et in
patria de beatitudine spei et de beatitudine rei semper
replicavit illud ecce. Nam hic ange
lice salutacioni consenciendo incarnari
dominum efficeretur id est ecce premisit quod ecce
ancilla domini. Item gratulacioni eliza
beth sterilis congratulando ei ad ma
trem domini se gloriatur illud ecce replicat
dicens ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generaciones. Item de assumpcione
sua deifica facie filii sui feliciter
colorando in ipsa fruicione et visione
beatifica fruebatur Ecce tu pulcra dilecta
mea et decora Cant. primo. Ecce con
cipies in utero et paries filium et quia
illud ecce de quo ysaias prophetaverat
in se complere meruerat et prima
meruerat illud ecce ab omnibus [illegible]
proclamari ut pote scriptura [illegible]
tierat ysaie ecce salvator tuus

venit tibi quia igitur intellexit
se et suum partum in hys omnibus ecce
fuisse demonstratum ideo illud ecce
delectabiliter replicat. Item filius eius
in cruce moriens sciens illud verbum
ecce intimo cordi maxime fore
laturum crebrius replicavit dicens
ecce ut per hoc dolorem mentis sublevaret
dicens ei mulier ecce filius tuus et disci
pulo ecce mater tua Iohannis xix. Et quia
eius illud ecce tanta grandi dulcedine
molliret ut memoria dominacionis [illegible]
[illegible] et demum [illegible] et dulcedine
[illegible] ut semper ei foret dulce revol
vere illud ecce. Deinde persequamur aliud
verbum quia dixit ancilla in quo intima et per
fectissima humilitas notatur in virgine dum
mater secundum [illegible] eligitur ancillam
se fatetur. Et nota quod inter omnia que comen
dant [illegible] virgine est humilitas que
nam est illa mulier cui talia promitterentur
et vocaret se ancillam ymmo potius exal
taret super sydera unde prima mulier tunc
audisset a serpente eritis sicut dii etc. statim
in superbiam est elevata et manum ad lignum
fructus vetiti porrexit. Hec autem mulier
audiens se deum parituram ancillam se
vocat. Simile quod David nuncius dedit Aby
hic. In principio erat verbum de fecundi-
tate vero principiandi creaturas produc-
cionem dicit Gen. i. In principio creauit
deus celum et terram. Ita quidem est prin-
cipium in quo erat verbum et in quo
creata sunt omnia uno namque et eodem
verbo deus dixit se et omnem creaturam
iuxta illud Job. Semel locutus est deus
duo hec audiui duo quidem personarum
emanacionem et mundi creacionem in

Job 33. Semel loquitur deus loquitur
enim filium generando qui est verbum et crea-
turas in eodem verbo creauit propter
quod et facta sunt propter quod diuine di-
spensacionis ordinatum est ut primus et ultimus
liber sacre scripture in principio [struck] in-
cip dixerit, nam inter omnes scripturas
canonis moyses fuit primus et iohannes
ultimus et prima quod liber moysi est
de emanacione creaturarum ultimus vero
scilicet iohannis incipit ab emana-
cione personarum et hoc congruum fuit secundum
ordinem scripture ut a creatura man-
ducemur ad diuina. Sed obmittens de crea-
turarum emanacione dicamus de verbi
generacione. Ad cuius euidenciam est sciendum
quod in istis inferioribus est considerare tria
ad naturalem generacionem naturalem concurrencia
scilicet generans et forma qua generat
et subiectum de quo generat et cui formam suam
imprimit et enim vera [struck] generacio quo
agens est acta secundum formam qua agit et hanc
imprimendo eius formam in subiecto et per
hoc producendo verisile in natura et forma
verbi gracia ignis generans agit per formam suam
in materiam et subiectum puta lignum
cui imprimit naturam suam scilicet formam ignis.
Sic in diuinis est considerare unum quod est
generans puta pater patris ingenita qui
totum generans est. Item est informa
qua generat puta diuina essencia magni-
tum est intelligere quoddam secundum essencialem se-
cundum actum intellectiuum per hoc
enim generans secundum suam formam est secundum
actiue assimilat sibi secundum formam produc-
dum et formam suam illi communicando

Item est et filius de quo generat pura intel-
lectus qui est ipsa divina essentia quam intelligit
intellectum quem sic est secundum passive eo
quod ipse passive in deo accipitur cum ipse
generans conformat sua imprimit cum [illegible]
ducendo ut de quo quasi de personali [illegible]
ipse intellectus pater sine passione in-
quantum huius dicitur Item vacatione ulterius in
scriptura ut in psalmo Ex utero ante luciferum
cum genui te Ubi innuit tria predicta na
generans et forma qua generat [illegible] in
eo quod dicitur Ego [illegible] deus pater genui
filium forma secundum [illegible] divine subiectum
vero de quo generat notatur cum dicitur
ex utero in tali enim utero dicit sapientia
genita se concepta esse prius nec dum erant
abyssi et ego iam concepta eram nec
dicit ista conceptio a generatione divina
nisi secundum rationem propter quod secundum
quod omnia ista se generant et concipere pare-
re et parturire in deo omnia sunt idem sed nomi-
natur sunt diversa quia tamen aliquid ad
perfectionem ipsorum sive eorum significatum impor-
tat preter defectum eorum annexum
ideo scriptura divina sensibilis utitur vocabulis
ad significandum perfectionem divine generationis
Dicitur enim generatio quia habet per-
fectum esse secundum formam in intellectu patris
[illegible] Unde est illud psalmo Dominus dixit ad
me filius meus es tu ego hodie genui
te Conceptio vero dicitur quia virtute for-
me qua agit formatur in intellectu Unde
est illud iam dictum et ego iam concepta
eram Partus autem dicitur filius quia dicitur a pariendo
Unde in corporalibus generatio dicitur
productio alterius in utero partus vero
ex utero Et hoc est illud [illegible]

ego qui alios parere faciam ipse non pariam dicit
dominus deus Partus est inter generationem
in utero et partum ex utero Et quidam
medius ad parturiendum in quo nuntiatur
[illegible] ut est id proverbiorum 8 Antequam omnes
colles [illegible] ego parturiebar et
huius quod omnis scriptura utitur pro eodem
in divinis quantum ad illud quod perfectionis
importat utrumque hec convertendo ad
nostram eruditionem modum dicendum
[illegible] qua ex emanatione verbi emanavit
anima rationalis primo omnium creaturarum
ut dictum est Dicit passive ex fidelis
anima gignit in filium dei [illegible]
quantum ad omnia predicta tria in quantum de
generatione est generans ipsa totaliter
[illegible] cum [illegible] trinitas sunt in [illegible]
[illegible] Item ipse est pater
nobis qui possedit fecit et creavit te Ubi
[illegible] possedit refertur ad filium qui pos-
sedit naturam nostram [illegible]
hic tamen magis nobis convenit licet
refertur ad patrem cui originaliter omnis
facta attribuuntur Unde dicit ipse filius
Io viii A me ipso facio nihil sed hic
creavit refertur ad spiritum sanctum Iudith
16 Emisisti spiritum tuum et creata sunt
psalmo Emitte spiritum tuum et creabuntur To-
ta ergo eternitas est generans in anima
forma qua generat est gratia qua anima
ad similitudinem dei creatur forte et sic in
quantum ad ei divina natura quantum [illegible]
[illegible] et [illegible] permissa donavit
nobis deus ut per hec efficiamur divine
nature consortes et sic hec [illegible]
quod [illegible] voluntate [illegible] genuit

nos verbo veritatis .i. gratiam unum
Unde plenum est gratia et veritate .i. quia
deus trinitas generat hac verbo hos gratia
per gratiam et veritatem que duo unum sunt
in verbo sed in nobis distinguntur quia gratia
attendit penes informacionem affectu
vero penes illuminacionem intellectus et
secundum utramque efficimur filii dei Intel
lectum vero de quo deus trinitas gratia
et sua forma sua imprimit esse mentis .i.
capax amore quia anima nostra nichil melius
habet quam quod capax dei est et in nam
cius esse particeps esse potest secundum gratiam
anima enim aug. 12 de tri. hec mens que
est secunda passiue recipit impressionem
forme ipsius excellentissime trinitatis imagi
nem velud in vitro deus trinitas ymagi
nem suam dilatat imprimit et sic fecun
dat eam ut ipsius homo dei filius nosatur
Anima enim mens expressa sui creatione
habeat quod sit ad ymaginem nisi tamen actu in
per gratiam sui secundum efficitur filius dei
Unde ii. ad cor. 3. transformamur in eandem
ymaginem .s. trinitatis a claritate in cla
ritatem secundum gratiam tamquam a spiritu .i.
principali infusione et operacione trinitatis
que tota est unus deus veritas enim
ymaginis infusione representatur in claritate
naturali trium .s. memorie intelligentie et amoris
nisi magis clarificetur et perficiat habitu
virtutis sicut videmus in corporalibus ma
gis proprie et perfecte dicitur ymago depic
tura conveniens coloribus inducta quam
protractio sola liniamentorum et hoc est quod
dicit apostolus gal. iiii. Quoniam vero estis filii
dei misit deus filium suum spiritum filii sui
in corda vestra ubi hec illacio .s. apostoli
est ab effectu ad causam huius enim effectus
quod sumus filii dei causa est quia misit deus
spiritum filii sui in corda nostra ubi innuitur
operacio totalis trinitatis esse patet igitur
aut huius gratiae seu fecundatio habet
fieri secundum quod diuina gratia descri
bitur ministrat sub typica similitudine le
gimus enim diuina gratia in corde per
eructabit cor meum verbum bonum item
quod ex ore altissimi pro
dii item ex utero patris hec utero ante
luciferum genui te per que tria intelli
git possumus vires mentis per cor memo
riam per os intelligenciam et per utero vo
luntatem et hec tria a tota trinitate
suauiter fecundatur Cor memorie fecundat
sua diuina spiritualitate que ita imprimit
memorie ut de nulla re alia valeat de
lectabiliter cogitare Unde hugo in
de laude caritatis Ad te me conuerto dul
cis amor ihesu in quocumque tu es quod
agit si quis quesierit quicquid in corde gerit
tua memoria non recedis si quid tractat de te
cogitat si quando loquitur de te loquitur
et de te loqui desiderat Et hoc non
solum pro commissis domine que ei contulit
ipsa beata trinitas a tali anima expetit pri
us filii dei cor tuum os intellige fecundat
sapientie claritate sapie 6. Clara est
que numquam marcescit sapiencia gratia infor
mat intelligenciam ut non nisi de eius
liceat speculari et ad eam totam vitam
suam ordinare quia ut dicit Gregorius

Sapiencia illa clara est non que in verbis volat sed que in virtutibus constat. Et idem alibi: Prima virtus et sapiencia est que vita laudabilis et apud deum pura mens pro qua puri [illegible] iungunt. Ad hanc sapienciam inhians anhelabat illa felix anima de qua prov. [illegible] Inspiciant [illegible] sapienciam eternam veris voluntatis fecundat divini amoris suavitate contra me [illegible] oriat voluntate ut nichil valeat amare nisi deum. Unde Rabanus in quodam sermone secundum dulcedinem dei in amoris gustancius perfecte de temporali dulcedine non curabis. Hoc amore [illegible] magis fecundatam clamat: O amor qui semper ardes et numquam extingueris exaudi me de ista uteri fecunditate. [illegible] ysa. xxvi. Secundo [illegible] formatur tunc [illegible] ergo sum. Talis enim mens [illegible] divinus [illegible] que per ysa. [illegible] Tercio [illegible] totam divino officio et servicio subiugavit. Cuius voluntas amore divino formatur [illegible] magis extra transformamur in eo quo amor est [illegible] si sanctus [illegible]. Unde signat propheta dicit ex utero et non dicit in utero. De tali anima sine [illegible] verbum divinum in mente gratulando et gaudet tota trinitas illud quod pater dixit filio: Hic est filius meus dilectus.

Quartum principale in quo innuitur actus generacionis durabilitas eternal(is). Divina enim generacio non transit [illegible] sicut illa generacio temporalis sed semper est in principio. Unde verbum divinum semper natum est et semper nascitur et semper nascetur. Et hoc designatur in verbo dicit quod

est plenum imperfectum quod [illegible] Anime [illegible] Ex quo trahitur documentum morale quod homini bono non debet sufficere cum semel esse genitum filium dei sed semper debet generari et regenerari in novitate secundum illud Eph. iiii. Renovamini spiritu mentis vestre. Ita quod [illegible] in ista vita [illegible] debeat semper in gracia proficere. Velut iuxta illud Ps. [illegible] et inde [illegible] querere pro labore temporali [illegible] datur premium eternum quia [illegible] in eterno vivere semper deo magis ac magis servire [illegible] et hoc est quod dicitur [illegible] mandata eciam [illegible] per graciam [illegible] contemplacionis [illegible] mandata per graciam in vita eciam conservabit per gloriam ut patet per beatum [illegible] in sine nomine [illegible] enim vere et perfecte generamur in filios dei ut possideamus eternalem hereditatem patris. Gal. iiii. Si autem filius et heres. Heres autem ab hereditate dictus est et talis efficitur verus filius. Jo. viii. Filius manet in domo in eternum.

Sequitur secundum principale scilicet verbum in quo innuitur ipsius geniti proprietas personalis quod nomen sibi proprie convenit. Unde beatus Aug. de tri. [illegible] Ergo verbum quo filius et ergo filius quo verbum. Convenientissime [illegible] hic dicitur verbum quam filius. Sed quantum ad [illegible] magis congrue hic dicit verbum quam filius tamen ad significandum divini amoris dulcedinem qua hic ad nos filios suos [illegible] verbum [illegible] magis

iiii° dicit Est cum amore notitia dei
aut non solum nos noscat sed et amat
nos. Ipse enim pater amat vos unde ipse
pater loquitur ad animam fidelem Iere 31
In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi
te attrahit enim deus trinitas sibi tri-
bum animam ad suam ymaginem et dul-
citer imprimendo et in cor suum filium ge-
nerando ad quod invitat nos ipsa trini-
tas Eccl 24 Transite ad me omnes qui
concupiscitis me etc. ad hanc quam fidu-
cia nos filii ad talem patrem suspiremus
ad illam incomprehensibilem trinitatem ut
nam reficiat et perficiat deficientem tri-
tatem. Clamantes cum beato Bernhardo
in sermone 14 O veritas caritas eter-
nitas o beata et beatissima trinitas ad
te mea misera misera trinitas miserabiliter
suspirat quia a te misere exulat. Quid
aliter etc. a se sine te miserabiliter exulat
o alme trinitas quare tristis es anima mea
et quare conturbas me Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi cum a memoria est
timor erroris recessit o vera sanitas
plena suavitas eterna securitas Redde
singula singulis et subdit primum illud
veritas deus secundum caritas deus tercium
summa potestas deus Hec recapitulat hierem
incomprehensibilem unitate par est imper-
turbabile enim memoria fonte indeparente
eternaliter inhabitare est et sic perficiet
in nobis ymaginem sanctissime trinitatis qui
deus erit omnia in omnibus Quod nobis
prestare dignetur christus ihesus qui est
in secula seculorum benedictus

Alter sermo secundus

Erant ioseph et maria
mater ihesu mirantes
super hiis que dicebantur de illo Dicit
doctor Augustinus Transfiguracionum rerum
notitia quotiens in memoria venerit to-
tiens renovat in mentem mirabilium Et
inde est quod parentes ihesu saepe erant mira-
tes ut hic dicitur Habet autem presens ewange-
lium quatuor partes principales in quarum prima
ponitur paratus christi ad manus In secundo
describitur simeonis benedictio et futurorum
revelatio ibi et benedixit In tertia ponitur
Anne de christo prophetica locutio ibi Et erat
Anna prophetissa In quarta ponitur ipsius
christi sub lege humilis subiectio ibi Et ut perfe-
cerunt Dicit ergo in prima parte Erat ma-
ria et ioseph pater eius putativus et ma-
ter eius mirantes Circa illam partem
dubitatur in quatuor primo quo ioseph dicitur
pater christi cum tamen eum non genuit Dico
quod dicebatur pater eius propter tria dicitur enim
propter hominum opinionem nam secundum Bedam sic
quod ab omnibus estimatus propter famam marie
conservandam nec christus diffitebatur Cum
enim mater sua dixit ego et pater tuus que-
bamus te luce 2° Unde dictus est pater
eius putativus unde dicitur luce iiii° Pu-
tabatur filius ioseph Secundo propter eius nu-
tritionem quia secundum Augustinus sic appellabatur
ioseph scilicet pater ihesu quia nutritius eius
fuit Tertio propter coniugalem desponsationem
sive marie virginis matris ihesu Unde secundum
Augustinum Multo convenientius ioseph dicitur
pater christi ex eo quod ioseph fuit vir matris
sue quasi sit aliunde adoptatus Secundo
queritur quo maria dicitur mater christi.

cum ipsa eum genuerat per miraculum
sicut etiam que non dicitur filia ade sed de
eo assumpta. Unde secundum ysidorum 12 ethi-
mologiarum mater dicitur eo quod ex ea fit aliquid
et inde mater quasi materia unde ista vere
dicitur mater alicuius que ipsum concepit et ge-
nuit de sua substantia et natura. Ideo beata virgo
vera mater christi quia de purissimo sanguine
eius christus factus est. Gal. 4 misit
deus filium suum natum ex muliere fac-
tum sub lege. Sed si corpus fuisset formatum
de digito beate virginis aut de alia parte
ut etiam de adam tunc non esset mater
eius sed non fuit sic. Immo formatus fuit ex
eius utero et ex illa materia ex qua alii
filii formantur scilicet ex castissimis sanguinibus vir-
ginis. Unde miraculum fortitudinis huius
mutavit rationem matris. Unde aut virtus
formativa aut de semine patris aut virtute
dei nichil ad matrem pertinet quam nil
plus est mater si formetur a natura quam si per
miraculum. non enim minus tota pertinet ad
ollam formatam de terra virtute dei quam
si est formata per manus figuli. Est enim
beata virgo vera mater christi quia per mira-
culum conceptionis et nativitatis christi nichil
diminutum est ex parte matris quod pertinet
ad rationem vere maternitatis et hoc contra
valentinum et manicheum et nestorium et plu-
res alios hereticos. Et notandum quod licet
christus solam carnem de virgine assumpsit
ipsa non tamen fuit mater hominis sed et mater
dei. Sicut enim aliqua communicatio alicuius
persone illud quod dicitur de natura dicitur
etiam de persona. Sed natura humana cuius mater
erat beata virgo conveniebat persone divine
ergo beata virgo istius persone mater erat. Tertio
queritur circa hoc quod erat miratio vi-

fuerit illa miratio ... et miratio pre-
sumat ex ignorantia ut patet primo methaphisice
Sed beata virgo sciebat ipsum puerum esse
deum ex promissis Joseph et hoc audierat
ab angelo Math. 1 ideo non debuerit mirari.
Unde quod non admirabatur tanquam ignorantes
ipsum esse deum sed quia multa puero na-
tivitatis sue edocti non erant de omnibus que
circa ipsum agenda erant et ideo mirabantur
novitates illas nondum causam intelli-
gentes et rei eventum scire nescientes vel
mirabantur quod ipse sic aliis innotuerat quem
se putabant solos scire ... et enim amo-
nitas ... recte quod gerebatur unde pu-
blica fama erat quod puer esset filius joseph.
De hoc forte mirabatur quod deus aliis
innotescebat quod illis secretum habere statuerat
vel mirabantur quia sic cito notificatus fuerat
mundo scilicet pastoribus regibus et ancus symeoni
et aliis devotis fidelibus vel mirabantur
ex ampliori notitia divina quia ipsi ...
sua excellentia quanto amplius mentem
in admirationem suspendunt. Ysa. 16 mira-
bitur et dilatabitur cor tuum quando conversa
fuerit ad te multitudo maris fortitudo
gentium venerit tibi. Anima enim cor animatur
in cognoscendo magna magis animatur.
Cum ergo beata virgo et joseph vide-
bant cottidie opera dei divinitatis christi mi-
rabantur. Quarto dubitatur circa hoc quod
dicitur quod mirabatur de hiis que dicebantur
de illo puero scilicet ihesu que magis sunt ista
Unde si in origine Gregorius in omelia in una ista
que de ortu ihesu dicta sunt ... fuerunt deos
et tunc singula scire poterant digna esse
mira. Sed mirabatur virgo de hiis que
audierat in annunciatione ab elizabeth

in salutacione et de eius exultacione. Item mirabatur ipsa et Joseph de angelorum exultacione nato Christo. Item de eius novitatem de adventu pastorum et de reverencia angelorum magorum et de laude Simeonis que omnia fuerunt admiracione digna. Et nota quod plus dicendum fuit quod Maria conservabat omnia verba hec conferens ea in corde suo. Nunc vero dicitur quod mirabantur de hiis que dicebantur de illo. Ex conservacione videlicet noticia et admiracione autem dicitur oritur reverencia. Beata ergo virgo habuit profunditatem Christi veram intelligenciam quia ea conservabat et summam ad ea habuit reverenciam quod patet in annunciacione cum dixit Ecce ancilla domini. Quantam autem reverenciam habuerit patet cum invento filio dixit Luce 2 Fili quid fecisti nobis sic. Item cum ministris in nupciis dixit Quodcumque dixerit vobis facite.

Et benedixit illis Simeon et dixit ad Mariam matrem eius Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel et in signum cui contradicetur et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut revelentur ex multis cordibus cogitaciones.

Sequitur 2a pars in qua describitur Simeonis benediccio et futurorum revelacio et habet duas partes. In prima parte ponitur Simeonis benediccio cum dicitur Et benedixit illis Simeon scilicet Christo Marie et Joseph. Notandum autem quod ille sanctus Simeon venit in spiritu in templum cum puerum portarent in templum et ex amore pueri quem gestabat in ulnis benedixit parentibus sicut illa mulier que dixit Luce 11 Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. Et benedixit matrem propter filium sicut consueverunt plures benedicere filios propter parentes Thob. 9 Benedictus sit tibi fili mi quia boni et optimi hominis filius es. Et dicitur quod gracia est acceptanda ista benediccio que dabatur a sene iusto venerande auctoritatis. Quamdiu enim sunt benedicciones talium sicut et eorum maledicciones sunt timende. Nam cum maledixerat pueris Heliseus [illegible] de silva duo ursi egressi devoraverunt [illegible] ut legitur 4 Regum 2. Sed diceret aliquis nam cum apostolus dicit Hebr. 7o sine ulla contradiccione quod minus est a maiori benedicitur et cum Simeon non fuerit maior quam Christus vel Maria videtur quod ille non debuit benedicere. Ad quod dicendum quod non est inconveniens aliquam personam esse minorem aliquo merito et maiorem esse officio. Unde maior officio minor merito potest dare benediccionem secundum meritum maiori et minori secundum officium. Et licet sic beata virgo fuit maior Simeone merito fuit tamen minor officio sexu et etate. Vel aliter quia benediccionis illius forma non habemus expressam possumus tamen dicere quod duplex est benediccio una creacionis vel gracie donacionis alia laudacionis sive glorificacionis. Primo deus benedixit creaturam et benedicendo creaturam in ea illud per quod benedicit scilicet esse vel graciam accionem vel talem efficaciam quo casu minister ecclesie benedicit aquam et salem et similia. Secunda benediccione laudis et graciarum accionis deus a creatura benedicitur sicut Dan. 3 Benedicite omnia opera domini domino. Et tali benediccione benedixit forte Simeon et parentibus. Notandum autem quod Simeon ante

prophetizavit premisit benedictionem tum ad
confirmacionem tum ad exortacionem tum ad co-
mendacionem ne passio predicenda turbet
ne terreat ne credat aliqua progenitorum
parentum esse in causa et ideo benedixit vel
significavit quia in eo implete sunt benedic-
tiones patrum prophete que etiam tam ab angelo quam
elizabeth dicta sunt benedicta Describitur
simeonis prophetia sive futurorum revelatio
vel dicitur et dixit ad mariam quam quia in io-
seph prius similitudo erat quia eius nutri-
tor ideo non est nominatus quem benediceret
Maria vero quia vera mater eius erat
ad eam sermonem suum vertit revelando ei occulto-
rum presagia dicitur ecce vel audite consequens
simeonis adequatur in gradu prophetie cum Iohanne
baptista ideo quod ceteris dicitur esse presen-
tem quem alii predixerunt futurum dicitur
Ecce positus est hic in ruinam hec prophetia
continet verba que de christo prophete predixerant
ac propter hoc simeon ostendit eum esse christum
prophete enim inter alia specialiter dixerant
tria quod ipse deberet nos a peccatis liberare
unde unus eorum dixit Veniet dominus
et proiciet in profundum maris omnia pec-
cata nostra Michee vii Item quod debet esse
dicionem bonorum et malorum sustinere unde unus
eorum propheta dicit Ier. i. 8 Venite cogitemus
contra ipsum Item quod deberet se pro nobis dare
in mortem unde de morte sua multa dicta
sunt Isa. 53 et ysa 12 c. et in multis locis
aliis Et secundum hoc illa prophetia habet tres
partes quia primo dicitur de eorum dele-
tione secundo de condicione ibi et in si-
gnum cui contradicetur tercio de eius pas-
sione ibi et tuam ipsius animam pertransibit
gladius dicit ergo positus est hic i. sta-

tutus vel preordinatus est a deo hic in-
fans iste in ruinam vitiorum et in resurrectio-
nem virtutum meliorum Christus enim primo omnium quantum
in se est in istis i. in istis peccatis avedicavit
Nam ex quo Christus destruxit regnum peccati propter
quod dicitur positus in ruinam ruit enim super-
bia eius humilitate ruit avaricia in eius
paupertate ruit luxuria in eius castitate
invidia in eius benignitate ruit gula
in eius sobrietate ruit ira in eius pa-
ciencia ruit accidia in eius labore et
vigilia Sic Christus instituendo regnum vir-
tutum destruxit regnum vitiorum Aliter
potest exponi hec litera ut sic dicatur quod iste
puer positus in ruinam malorum hominum sive
infidelium tam iudeorum quam hereticorum
quia in ipsum impegerunt tanquam in lapi-
dem offensionis et petram scandali cor-
ruerunt ut dicitur Petri 2 Et in resurrectionem
bonorum qui ipsum receperunt per fidem Io.
i. Sic autem exponendo aliter est positus in
ruinam aliter in resurrectionem quia in rui-
nam fuit secundum occasionaliter sed in resurrectio-
nem causaliter Deus autem nemini est causa ruine
licet possit esse occasio nequiter data
sed accepta est tamen causa pene subsequentis
quando Christo operante ruit sinagoga iudeorum
et cessavit ritus eorum et sacrificium et in orbem
terrarum sunt dispersi Fuerunt etiam heretici
in predicatione Christi sicut pharisei ad lumen
caligantes et qui credere non curaverunt ruunt
in dampnacionem eternam Et non hoc dicitur
positus in ruinam vel ipsum in nos dicit
ordinem et secundum assentionem importat
quoniam non sequitur in luce licet oculos de-
biles turbet lux tamen est sic Christus semper
salvator est licet quamvis plurimi per eum
ruunt vel in scandalum occasionaliter

vel in pena consequitur et hoc non est ex vicio christi sed istorum stulticia sicut intentio eius est semper salvare sicut officium lucis semper lucere et licet lux lucendo sit bona sanis oculis infirmis tamen satis incommoda / nec tamen hoc est ex vicio lucis sed oculorum. Sic in proposito secundum expositionem christus taliter est positus tam in ruinam scilicet viciorum quam in resurrectionem virtutum et utramque expositionem tangit Ieronimus in omelia. Vel etiam potest dici quod ideo dicitur christus positus esse in ruinam multorum et aliorum qui in mundo propter christum persecuciones paciuntur et in resurrectionem sanctorum de quibus legitur quod multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo et venerunt in sanctam civitatem Math. 27. Beda nota quod secundum primam expositionem et istam tamen convenienter intelligere ut non sic alios atque alios personas christus veniret in ruinam et in resurrectionem sed eisdem atque eisdem quibus fuit ruina et resurrectio. Nam cum secundum Cirillum cum sibi huius efficitur lascivus castus avarus misericors et sic de aliis. Tunc in eadem persona est ruina viciorum et resurrectio virtutum. Sic eciam qui pro christo sustinet ruinam in mundo resurget cum eo in premio. Deinde cum dicit Et in signum cui contradicetur / hic probat de tercia condicione scilicet quod iudei et heretici et alii infideles et perversi ei contradicere debebant et quod adeo positus fuit hic in mundo tamquam signum ad sagittam ut quilibet quasi pro libito in eum iaculum mitteret dicit ergo Et in signum scilicet positus est / cui scilicet signo contradicetur ab infidelibus. Ubi notandum in singulis quod in omnibus que de christo narrantur a fidelibus contradictionem passus est ab incredulis et quidem de eo dicimus quod est verus deus cui contradixit Arrius. Item est alia

a patre in persona cui contradixit Sabellius. Etiam dicimus quod de virgine conceptus est et natus cui contradixerunt iudei Ebionite Ebion et Cerinthus. Item quod est una persona in duabus naturis cui contradixit Nestorius qui in christo geminavit personas et Eutices confusit et confundit. Item veram carnem passibilem habuit cui contradixit Manicheus et Valentinus. Item dicimus quod ipse fecit miracula divina virtute cum ipse sit deus cui contradicunt iudei dicentes quod in Belzebub principe demoniorum fecerit illa Math. 12. Etiam dicimus quod doctrina sua attestabatur eam esse divinam Jo. vii. numquam sic homo locutus est cui dixerunt iudei et dixerunt testimonium tuum non est verum. Item dicimus quod ipse salvat genus humanum cui dixerunt eciam iudei scilicet alios salvos fecit seipsum salvum non potest facere Math. 26. Etiam dicimus eum surrexisse a mortuis cui dixerunt iudei scilicet quod discipuli eius venerunt nocte et furati sunt eum custodibus dormientibus et sic de aliis multis de quibus christus contradictores habuit quasi latrantes de quibus ipse conqueritur in psalmo Insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Posuit enim christus in signum ut ait beatus Augustinus. Si ergo christus fuit in signum contradictionis signum enim videtur gratia alicuius significandi et tamen isto signo contradicitur quando dubitatur esse illud quod signum denotat / sic christus ponitur in signum cui contradicitur quando negatur esse ibi. Sic in tota vita sua atque doctrina gessit signum deitatis divinitatis sed infideles ei contradixerunt negantes eum esse deum. Vel aliter fuit Basilium signum contradictionis dicitur crux de qua dicitur quod Moyses fecit serpentem eneum et

posuit pro signo luc. ii. hoc signum cui
contradicetur quod aliquibus videtur ridicu-
lum et horribile ut iudeis et gentilibus ut
i Corinthios quia christum crucifixum iu-
deis in scandalum et gentibus in stultitiam
Aliis vero videtur valde venerabile
et amabile ut christianis Sed aliter secundum
Bernardum Nazareni signum dicitur christus
tamquam supra naturam extitit ut auctor
signorum Deinde cum dicit Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius de christi passione
dicitur et tuam ipsius animam Aliqui obmittunt
intelligunt de christi anima pertransibit gladius
in sua passione nomine autem gladii in-
telligitur quecumque defensionis arma vel
nervatura ut ensis mucro lancea
cultellus et similia Et dicit gladius
transibit animam quam exponit litera
sic et tuam o virgo ipsius filii animam i. animam
filii tui quam et dico tuam quia caram di-
ligis ut tuam pertransibit gladius sue
passionis Alii intelligunt hoc de anima
beate virginis et tunc exponit sic o virgo
tuam ipsius animam i. animam tuam propriam
quam et ego dico ipsius filii tui propter gratiam
et amorem sicut se duo mutue amantes
dicuntur habere unam animam hanc inquam
animam tuam pertransibit gladius Sed hic
queritur quis fuerit ille gladius non
enim fuit materialis quia ut dicit origenes nulla
historia docet beatam virginem ex hac
vita gladii occasione migrasse presen-
tem cum non animam sed corpus ferro so-
let interficere et ideo dicit ambrosius non
hoc intelligendum esse de gladio ferreo sed quod
est verbum dei apostolus hebr. iiii. vivus est enim
sermo dei et efficax et omni gladio

anticipiti penetrabilior pertingens usque ad divisionem
anime et spiritus Et quia beata virgo non
fuit ignara misterii celestis immo noti-
tiam optimam habuit profundorum misterio-
rum sermonis divini Ideo dicitur gladius animam
eius pertransisse Et potest dici secundum Bernardum quod
ille gladius maxime fuit id verbum domini
christi in cruce mulier ecce filius tuus iste
enim verbo cognovit se a filio separari
et infelicem cepit pro christo et pro filio
suscipere quia non Bernardus quale mutatio
mutatione suscimus pro domino discipulus pro magistro
homo pura pro dei filio traditur Ulterius
causa dicit et magis convenit quod non intelligitur
de gladio corporalis passionis et doloris
quem virgo habuit in filii sui passione
tantum acsi ipsamet pependisset in cruce
Unde Bernardus in persona beate virginis filium
alloquitur dicit si pateris pacior si morieris
morior si cruciaris crucior Item Bernardus
alloquens virginem sic inquid dum perforat
lancea ille tuus unus omnium quid sed
specialiter tuam ipsius animam non pertransit
gladius quia iam expiraverat sed tuam
animam plus quam mortem pertransitam Unde
Bernardus quia virgo mente passa est
plus quam martir fuit Unde etiam ait damascenus
Dolores quos partus effugit tempore
passionis sustinuit Item dicit augustinus in ser-
mone qui legitur feria tertia post pascha
ita inquid pia mater virgo beata nimium
cimulatis pectora delicata gaudiis ita
ipsa viscera omnia que fatigaverat me-
bra ut iam exhausta viribus vix ad
filium pervenire potuisset Sed contra ex-
positionem instatur sic Cum enim beata
virgo noverit omnia misteria domini

passionis puta ut per hoc humani gene
ris redemptionem et quod erat resurrecturus
videtur quod tantam passionem non habuerit
maxime cum tanta passio non cadit in
animam tante constantie et virtutis perfectissi
ma sicud fuit anima beate virginis non enim
dubium ipsam attigisse eciam egritudinem
etatem specialem hominis interioris ut
dicit misterius in sermone de hec et ideo
picture que de hoc solent fieri quod beata
virgo plorat et plagat capillos trahit
vel quasi cadens teneatur et huiusmodi vide-
ntur cum eciam dicat eam stetisse
sine ploratu et gemitu potius sicut
sedere vapore resolutis viribus et dolore
et spiritibus vitalibus retractis ad cor et
interioribus intrinsecis velut unde super illud super
flumina babilonis illic sedimus et fle
vimus ad hoc respondet dicens quod licet
virgo non dubitaret sic dei filium propria vo
luntate mori et morte ipsam esse de
victurum de sua tamen carne procreatum
non sine dolore extremo potuit videre sic
ignominiose tractari et cruciari nec tamen
dolor ille compassionis ita eius rationem
obfuscabat ut quidquam inordinatum in
gestis suis ostenderet. Unde ad illud
quod obicitur de picturis potest dici sicut
dicit oracius pictoribus et poetis quibus
ad decendum fuit equa potestas nec tamen
vane et false sunt tales picture tamen
cum dolor habeat ex sui natura tales
ostensiones membrorum et casum inducere
et hec ostendit virtutis immensitas eius
impetum immoderatum et sic intelligendum
est quod dicit beatus augustinus ait enim ... vir
go beatissima stupore quidem in morte

domini dubitavit videns dei filium sic
usque ad mortem crucis humiliatum et
sicud gladius pertransiens inter hominem
timorem facit non perimit ita si dubita
cio mesticiam facit non tamen occidit quia
non sedit in animo sed pertransiit quasi umbra
hec augustinus Et hiis omnibus concluditur
quod dolorem quidem magnum habuit secundum
hominem exteriorem sed usque ad hominem
interiorem ille dolor nequaquam pervenit
quoniam eciam interior homo dolorem compas-
sus sit et temperavit intantum ut nichil
in verbis vel factis ostenderet quod esset
irrationale et indiscretum. Et nota quod umbra
dubitationis non accipit ibi beatus au
gustinus pro hesitatione in fide cum fi-
des semper in ea illesa manserit sed
accipit pro quadam timorosa trepida
cione sicud ibi in oratione Respice quesumus
domine super hanc familiam tuam pro qua
dominus noster ihesus christus non dubitavit
manibus tradi nocentium. Moraliter
notandum quod multiplex est gladius peccatorum
primus ps. Evaginaverunt peccatores gladium
suum intenderunt et hic subdistinguitur
est enim gladius rancoris in corde ps.
Gladius eorum intrat in corda ipsorum
Item est gladius detractoris in ore ps. lingua
eorum gladius acutus Item persecutoris in
opere Exodi xv. Evaginabo gladium
meum Item gladius hereticorum dividens
ab unitate fidei proverbiorum v. lingua eorum
sicut gladius biceps eciam est gladius
iustorum Cant. 3. En lectulum salomonis
lx et hoc subdistinguitur est enim gladius
doctrine Hebr. 4 vivus est sermo

dei et efficax et penetrabilior omni gladio
Item mortificacionis carnis / Exo 32. Po
nat unusquisque gladium suum super femur
suum et occidat fratrem suum et amicum
et proximum et familiarem voluptatem
et voluntatem. Item compassionis caritatis
Eze 5. fac tibi gladium acutum ra
dentem barbam. hic gladius est caritatis
qua superflua raduntur et pauperibus ero
gantur. Item est gladius discrecionis
sive iudicii Apoc 1. Ex ore eius exivit
gladius bis ex parte acutus. Item donis
humani desiderii Math 10. Non veni mit
tere pacem sed gladium. Item est gladius
prelatorum ps Gladii ancipites in manibus
eorum. Et subditur ad faciendam vindictam etc. est enim gladius
vindicte ad terrorem. Et math 26. Ac
cipe gladium sanctum in quo deicias adver
sarios meos. Item tutele ad protectionem
et math 2. protegeret castra gladio. Item
ancille execucionem Ro 13. Non sine causa
gladium portat. Item condescensionis math
26. Mitte gladium tuum in vaginam. Item
est gladius divinus quem dominus vibrabit
ad comminacionem malorum ps Gladium suum vi
brabit. Item exacuet ad interfeccionem
dampnatorum Deut 32. Si acuero ut
fulgur gladium meum. Item elevabit
ad gloriam beatorum Iob 39. Contempnit angeli
et gladium glorie tue primum genus
gladiorum scilicet petrorum locum habet hic qui
ciam christi et vitam eius temporalem perpetra
sunt in sua passione et animam eius in
compassione etc. et revelet ubi sinceo
subdit quedam ex primissis consequentiam et eciam
expressius positus est in cruna et in resu
reccionem et in signum et in passionem
ut dictum est consequentium est hoc ut mul
torum cogitaciones sunt manifeste et
hoc est quod dicit Et revelentur ex multis
cordibus cogitaciones. Et nota quod sic ut
non ponit hic causale non enim propter hoc pro
pterea voluit christus ut revelentur cogi
taciones hominum sed sic ut teneatur hic con
secutive quia hoc quod est revelare
cogitaciones est consecutivum ad passionem
christi. Sic si dicam exivi ad campos et
caperet adversarios cepi enim adversarios
hostes non fuit meus intencio sed quedam con
secutivum ad exitum meum. Et est sic
modus loquendi cum dicit scriptura
causa hoc factum est ut impleretur
scriptura sed postquam talia evenerit con
secutive scripture sunt implete non enim
prophecia est causa eventus rei sed res
est causa prophecie. Notandum autem quod ve
teratam cogitacionem sumit per christum multipliciter
revelate Primo sicut per opus patet
cogitacio namque in hoc opere contradic
cionis et passionis christi patuit ma
licia sacerdotum odium iudeorum diver
sa prelati inconstancia pilati avaricia iude
pusillanimitas petri et aliorum apostolorum
Secundo quia intenciones antiquorum prophetarum
de christo que latebant in scripturis tunc
patebant scilicet quod expectabant tunc mani
festabant Tercio quia malicia prophecie conce
ptus sua predicacione detegit d. Math
7. attendite a falsis prophetis que veniunt
ad vos. Quarto quia meditaciones dis
cipulorum non recte capiebant de christo tunc
fuerit revelate et emendate cum post

ambiguitatem supplevit eis certitudo xpo
resurgente et eis dicente luc vlt videte
manus meas et pedes meos quia ego
ipse sum Sexto quia secundum origenes co-
gitaciones mille hominum revelate sunt
tempore passionis ut caderet eos i^s
qui pro nobis mortuus est Quidam enim
credebant non posse sanari vulnera cordis
si revelaverimus peccata nostra non solum nobis
sed etiam aliis qui possunt mederi vulneribus
nostris delebunt peccata nostra Sexto quia
per xpm cogitaciones enim revelabuntur
iudicio i [illegible] Veniet dominus
et illuminabit abscondita

Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu
aser hec processerat in diebus multis et
vixerat cum viro suo annis vii a vir-
ginitate sua et hec vidua erat usque ad
annos lxxxiiii^or que non discedebat de
templo ieiuniis et obsecrationibus ser-
viens deo die ac nocte et hec ipsa hora
superveniens confitebatur domino et loque-
batur de illo omnibus qui expectabant
redempcionem Tercia pars evangelii
in qua iste ponitur anne de xpo prophe-
locucio ubi notandum quod decebat cer-
tum testimonium habere ab omni genere
personarum ut merito laus sunt qui non cre-
dunt ewangelio unde xpus habuit testimonium
omnium angelorum et humanum et quorum ad si-
elicet et viduarum ut ostenderetur que
vetus prophetis expectabat redempcionem
sed utraque tenderet ad mortem et ad
dampnacionem unde ut nichil deesset
ad summitatem testimonium xpus nato habuit

testimonium multiforme s. a natura divi-
na Mt iii Hic est filius meus dilectus
in quo michi bene complacui Item a
natura angelica luce ii^o Et facta est
cum angelo multitudo celestis Item a na-
tura celesti s. a stella Mt ii^o Vidimus stellam
eius in oriente Item a natura sexus s.a
natura humana et de omni statu de sta-
tu quidem simplici et viri sapienti magi
Mt ii^o Ecce magi ab oriente venerunt
Item de statu sexus feminei in templo
ubi hic de anna Item de statu infan-
tili qui non loquendo sed moriendo sunt
confessi Mt ii^o herodes occidit mul-
tos pueros Omnis igitur natura omnis
etas omnis sexus xpo testimonium per-
hibuit quia ipse debebat omnia repe-
rare Unde pueris clamantibus in templo
dictum est Mt xxi Si hii tacebunt la-
pides clamabunt Igitur de testimonio
istius sancte femine tria hic describuntur
primum prophetantis auctas 2m est testificantis
sanctitas ubi et vixerat cum viro suo
Tercium est testimonii celebritas ibi et
hec ipsa hora auctoritas autem prophetantis
commendatur a quinque primo a nomine quia
unde dicit Et erat anna que interpretatur
in qua est tanta gratia et vere graciosa
fuit hec mulier quia una de tribus mu-
lieribus que leguntur prophetasse de xpo
unde ait ambrosius prophetavit copulata
coniugio s. elizabeth prophetavit virgo
maria debuit ergo et vidua prophetare
Secundo commendatur a prophetie dono unde
dicit prophetissa et hoc est magnum donum
et pro tempore isto iudaicus prophetis nullum
habuit prophetam nisi hanc feminam Tercio
commendatur ab origine anna filia phanuel

quod intueretur faciem domini / et ipsa vidit
faciem domini quam desideraverat propheta
d. ostende faciem tuam et salui erimus cer-
to. commendatur a rebus cuius yspeie quia debi-
bus asser qui intuetur octauis cessat
beatitudinem resurrectionis que erit in undi-
cimo octaua vide et asser intuetur be-
atus vir Ecc. 26 asser panis pinguis
et prebebit delicias regibus Anna commendatur
a iuuenta senectute cum dicit hec pro-
cesserat de etate in etatem dicta mulier
glo. processerat etate erat et sicud proces-
serat etate corporis ita et maturitate mo-
rum pru. et iustorum semita quasi lux splendens
procedit et crescit usque ad iudicium perfectum
sed contrarium videmus in aliquibus qui
per annos senescunt efficiuntur sicud pueri in
moribus et vicijs Isa. 65 puer centum
annorum maledicitur et vere maledicitur
quia senex in annis dum iam peccare
non poterit in moribus peccati materiam
ardent deinde cum dicit et vixit describitur
testificantis sanctitas quo ad 2o primo quo
ad statum coniugalem commendatur cuius sanc-
titas a quatuor condicionibus commendabilibus
in matrimonio primo debet esse in eo quaedam
lex pacifica Ecclesiastico 25 cap. in tribus
placita sunt spiritui meo que probata sunt
coram deo meo et hominibus Concordia
fratrum amor proximorum et vir et mulier
sibi inuicem bene consencientes / tale fuit ma-
trimonium istius mulieris de qua dicitur
Et vixerat cum viro suo quia non fuis-
set vita sed mors unde Ecc. 25 commorari
leoni et draconi placebit quam habitare
cum muliere nequam / et hoc idem intel-
ligendum est de viro / secunda condicio
matrimonii est fides thori unde Ecc.

23. Omnis mulier relinquens virum suum
et erit dedecus eius eo quod non intelligat
timorem dei sed de ista sancta muliere
dicitur quod vixerit cum viro suo non adultera
Tercia condicio matrimonii est fedus
perpetuum quod non soluitur nisi morte ad-
ueniente 1 Cor. 7 mulier alligata est legi
quanto tempore vir eius viuit quod si dor-
mierit vir eius liberata est a lege viri
unde eo quo matrimonium consummatum est
dato quod coniuges seperentur ab inuicem licen-
cia ad religionis ingressum semper re-
manet inter eos vinculum ita quod viuente
altero neuter potest aliquis eorum alteri
copulari tale fuit matrimonium istius sancte
mulieris de qua dicitur et vixerat cum viro
suo annis vii Quarta condicio debet matri-
monio esse carnis integritas licet
enim vidua possit nubere tamen non est ita
casta uxor sicud virgo unde non datur
ei annulus aureus nec benedicuntur eorum
nupcie nec vir ducens corruptam potest
accedere ad sacros ordines sed matri-
monium istius sancte mulieris habuit car-
nis integritatem unde dicit de virginitate
sua glo. id est a tempore virginitatis deinde cum
dicit et hec vidua erat describit te-
stificantis sanctitas quo ad statum vidua-
lem in quo commendabilis ostenditur
in vii condicionibus que requiruntur
ad perfectionem status vidualis prima
est ut speret in deo quia mulieres cum desola-
te plura consueuerant pati de quibus ad
nullum debet recurrere nisi ad solum de-
um qui suscipit pupillum et viduam
et viam peccatorum disperdet ps. 145 Et 1 Thi.
5 que vere vidua est speret in deo talis
fuit illa mulier et hec vidua erat

subaudi vere Secunda conditio est quod
debet habere etatis maturitatem unde
i thi. v. vidua eligatur non minus quam
lx annorum que fuerit unius viri uxor
et hoc ideo quia periculum commissum est
viduis adolescentibus unde apostolus precipit
i thi. v. adolescentiores viduas devita
i thi. v. De ista autem sancta muliere dicitur
quod erat vidua usque ad annos lxxxiiii^or
tantis enim tempore permansit in viduitate et
cum ipsa fuit vii annis in coniugio et quod
in virgo copulabatur saltem fuit 13
annos et sic patet quod erat centum et quatuor
annorum Tertia conditio est quod vidua debet
frequentare ecclesiam est enim quasi media
monacha quod demum legitur caput eius ve
stigium color obscuratum et multa per que
ostenditur se ex magna parte delicias mun
danas renunciasse talis erat hec sancta
mulier de qua dicitur quod non discedebat
a templo domini Moraliter autem anima non
discedit non a templo cum fidelis anima
semper castum et immaculatum suum corpo
ris templum custodire non desinit hic
est quod precipitur sacerdotibus in veteri te
stamento Exo. xxi. ut tempore ministracionis
maneat in sanctuario quatenus anima de deo
cogitans non quiescat a bono quod autem dicitur
non discedebat ad literam non est intelli
gendum secundum glosam quod ad horam
non discesserit non enim non dormiebat de
nocte sed hoc dicitur quod frequens ibi erat
Quarta conditio est quod vidua debet ~~vacare~~
vacare orationibus unde i thi. v. vidua
insistit obsecrationibus die ac nocte est
autem obsecratio oratio cum detestacione et

admiracione per sacra sicud cum dicitur
per crucem et passionem tuam libera nos
domine et iterum cum dicimus per dominum no
strum ihesum christum et est talis oratio genus
efficacissimum tali modo hec sancta mulier
oravit cum dicitur obsecracionibus obsecrat
adventum christi in carnem quemadmodum
oravit Moyses Exo. iiii^o. Obsecro domine
mitte quem missurus es quod debet esse separata
obsecracio quia vivens in deliciis mortua
est ergo dicitur ieiuniis Quinta condicio
est quod vidua debet esse obsequiosa indi
gentibus in operibus vite active unde i
thi. v. unde intelligatur etc si in operibus
bonis testimonium habet si filios educavit
si in hospicium pauperes recepit si sanctorum
pedes lavit si tribulacionem pacientibus
ministravit si omne opus bonum subsecuta
est talis fuit illa sancta mulier de qua
dicitur quod erat serviens quod non solum debet
intelligi de dei servitute que est religio
sed etiam de ea que est pietas que ad omnia
utilis est ut dicit apostolus i thi. iiii^o. Sexta
condicio est quod vidua non debet esse in bo
temporalibus contenta manere quia mulier
nupte cogitat que sunt mundi et quo
placeret viro suo i Cor. vii^o. vidua autem
est libera ab ista lege viri debet die
noctuque in lege divina meditari et exer
citari in operibus supradictis et fecit illa
sancta mulier de qua dicitur quod agebat hec
omnia supradicta bona die ac nocte sed
non sic fecit Thamar que licet aliquamdiu
in viduitate permansisset depositis vestibus
vidualibus induta est teristro i. velamine
quo utuntur mulieres arabie quesivit ince
stum Gen. xxxviii^o. Sed istam viduam sanctam
Anna ornavit de pluribus virtutibus commendans

ac per hoc alias viduas instruens neque in quid sit fortitudo habitum in ea deum esse ei ut perderet virum vidua et primum si qua sit virginitatis gratiam possideret si autem hoc non potuerit sed operat ei ut perdat virum vidua permaneret quae quidem non solum post mortem viri sed etiam illo vivente debet heremitare vel etiam si non evenerit vota ipsius expositum convenit ut dicat hoc vinces si aliquod quantum quod non opto contingat nihil aliud faciam quam incontaminata vidua permanerem. Iuste ergo haec sancta mulier spiritum prophetandi meruit accipere quia longa castitate longis quoque ieiuniis ad hoc culmen pervenerat. Deinde cum dicat et haec ipsa hora post commendationem praedicte prophetie ponitur testimonium eius celeberrimum et vicium secundum Ambrosium talis haec mulier inducitur et stipendiis viduitatis et moribus digne fuisse reddatur annuntiare redemptorem Israel. Et tanguntur hic tria per que permittitur illius religiose mulieris informata supplicatio cum dicat Et haec ipsa hora qua Symeon loquebatur de Christo tenens ipsum in ulnis supervenit forte et ipsa etiam venit in spiritu in templum stans et Symeon. Et attende quomodo salvatoris laus multiplicatur quia antequam rumor omnis desinit succedit nova laus et gloria. Antequam enim angelus Christum nuntiasset pastoribus facta est multitudo celestis exercitus laudantium deum et antequam pastores ad partum virginis accederent auditum est canticum novum in celestibus. Et antequam pastorum rumor cessaret ecce magi ab oriente venerunt Ierosolimam inquirentes etc. Et dum adhuc plena erat ora loquentium

magorum ecce Symeon adorat infantem et dum ille verba finierat ecce haec religiosa mulier superveniens confitebatur domino. Deinde ponitur eius religiosa confessio cum dicatur Confitebatur domino et haec erat confessio laudis et gratiarum actionis quod ipsa meruit videre Christum natum. De ista confessione dicitur in psalmo Confitemini domino quoniam bonus et Luce xi° Confiteor tibi pater celi et terre. Tercio subditur eius prophetia seu predicatio locutio cum dicat et loquebatur de illo scilicet Christo forte insinuans eum esse salvatorem humani generis et redemptorem quem expectabant filii Israel. Et hoc est quod dicit omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Nota istius mulieris fuit privilegium quo ad duo cum ipsa loquebatur in templo cum tamen dicat Apostolus mulieres in ecclesia taceant et non permittatur loqui Cor. x. tum quia etiam publice loquebatur omnibus Symeon autem privatim fuit locutus ad Mariam solum. Nota etiam quod evangelista non specificat quid loquebatur sed satis patet ex quo loquebatur qui expectabant redemptionem Israel non aliud loquebatur nisi ipse erat ille diu desideratus qui eos redimere deberet post etiam dicit quod Symeonis testificatio explicate describitur per modum predicationis Anna implicate per modum confessionis hoc forte ideo quia doctor in ecclesia non est mulierum sed virorum j thi 2. Actamen quia illa mulier locuta fuit in templo fuit ex privilegio suo sed privilegia paucorum non faciunt legem de quo enim lege mulieres in ecclesia tacere debebant

nota q in mespiatus cotursus illarum psonarum
de quibus fit mencio in psenti ewangelio
non sine misterio diuino instictu factum est
propter quod festum purificacionis dicitur
ypapanti .i. obuiacium quia Simeon et
Anna obuiauerunt marie et ioseph sine
aliqua conuocacione et ideo in die isto vt
fit processio et nos spiritualiter debemus istarum
quatuor psonarum processionem celebrare
per symeonem qui interpretatur audiens qui
et responsum audierat a spiritu sancto men-
tale scilicet reuelacione significatur obedienciam deuo-
cio(n)sa audiens per annam que interpretatur
in qua est gracia et que non discedebat de
templo significatur acceptatio oracionis per ioseph
qui interpretatur appositus siue augmentum
et solicitacionem curam habuit de christo intelligitur
bonorum operum quantum operaris per
mariam vero que interpretatur illuminata
que et christum portauit in vtero significatur
diuine contemplacionis pfectissima vnio hec
autem quatuor psone christum offerentes in mente
te debet portare quatuor luminaria
Simeon portat lumine sancte meditacionis
anna portabat lumine integre deuocionis
ioseph defert lumine virtuose progressionis
maria vero portat lumine supreme con-
templacionis hec quatuor innuitur in psalmo
memor fui dei et delectatus sum

Et vt perficerent omnia
secundum legem domini
reuersi sunt in galileam ciuitatem suam
puer autem crescebat et confortabatur ple-
nus sapiencia et gracia dei erat cum illo

Quarta pars in qua innuitur christi
sub lege humilis subiectio vbi nota-
dum quamlicet christus esset super omnem
legem ipse tamen voluit fieri et esse

subiectus triplici legi scilicet lege timoriali lege
naturali et lege moysi primo ergo euangelista
ostendit christum subiectum fuisse legi timori-
ali secundo ostendit hoc idem de lege na-
turali ibi puer autem crescebat tercio oste-
dit hoc de lege moysi ibi cum factus esset
ihesus in etatem duodecim sequitur textum
ergo ad primum ostendit eum fuisse sub-
iectum obseruancie legali perfecte et com-
plete quia dicit et vt perficerent omnia et
non quecumque unde mat. christus impleuit legem
sed perfectiones est seruare legis mandata precepta
et consilia que sunt supra legem et
tamen ea adimpleuit ideo dicit et perfice-
rat omnia que erant scilicet tam scilicet oblacionem pueri
ad templum et redempcio eius quia pau-
peres erant vnde offerebat pro eo par
turturum aut duos pullos columbarum
et hec fecerunt secundum legem domini
Et vbi expleuerunt reuersi sunt scilicet maria et
ioseph cum puero in galileam ciuitatem
suam scilicet nazareth que dicta est ciuitas
sua quia ibi conceptus et educatus fuit
Et nota secundum glosam bede et hya-
monis quod lucas hic pretermittit fugam eorum
in egyptum de qua dicit matheus vnde scilicet
eos non fuerunt protinus statim reuersi de templo
in nazareth sed monuit eos angelus
vt descenderent in egyptum et post vii
annos mortuo herode redierunt in galileam
monicione angelica sed alii dicunt quod
cum que beata virgo et ioseph de nazareth
profecti sunt in bethleem fuit racione descrip-
tionis totius orbis et quia ibi receptum
non habuit cum ioseph ante tempus puri-
ficationis complectum sed eo completo et omnibus
hiis que ad oblacionem spectabant vite peractis
et hic dicit propheta et reuersi sunt scilicet statim
in galileam nec expectauerunt ad hoc

monitione angeli venit ad patriam
quasi liberius ibi commanituros
redierunt et prius monitione
angeli in egyptum fugierunt
Quarto dubitaret aliquis quare
christus subici voluit legali obser
vationi Dico quod ad hoc assignatur
multiplex ratio Prima ratio ut le
gem veterem approbaret Secunda
ut eam observanda in seipso con
summaret et terminaret ostenderet
enim quod ad ipsum erat ordinata
sive ordinanda Tertia ut iudeis
calumpniandi occasionem subtraheret
Quarta ut homines a servitute legis
liberaret Galatas iiij[o] misit deus
filium suum factum sub lege ut eos
qui sub lege erant redimeret
Deinde cum dicitur puer autem cre
scebat ubi ostendit eum subiectum
fuisse naturali lege quemadmodum
alii pueri successive crevit per
augmentum membrorum et con
fortabatur in vigore corporis Licet
licet potuisset ex utero in
mensura complete etatis et
perfecti roboris prodire secundum
corpus sicut in uno sunt formata
et in instanti non successive tamen
non sic voluit ne crederetur fan
tasma esse et non verum corpus
quod sic subito produceret ex utero
tam magnum Unde non semper
et non omnibus miracula facere
volebat Sed etiam naturali fragili
humane subici voluit preterquam
in hiis que sunt culpe Unde
sic dicit leo papa in sermone de
epiphania Sicut fidelia erant
testimonia que ipsum dei filium
arguebat ita probatissima

ipsum esse debebat veram hu
manitatis sumpsisse naturam Ideo
sibi nichil de puerilibus condi
tionibus desicere debuit enim as
similari paribus et fratribus ad
hebreos ii[o] Ne vero quis ymaginaretur
ita eum crevisse secundum animam
sicut crevit secundum corpus ideo
dicit quod erat plenus sapientia
quantum ad perfectionem intellectus et
gratia dei erat cum eo quantum
ad plenitudinem effectus Nam
secundum / Sedam quod anima in ipso
habitat omnis plenitudo divinitatis
corporaliter Ideo puer ille erat
plenus sapientia Nec secundum hanc
indiguit augeri nec conforta
ri potest verbum dei et deus Sed
inquantum fuit homo erat in
eo gratia magna / gratia enim illi ho
mini ... data est ut ex hoc ho
mo ... perfectus esset deus
Nota quod secundum doctores triplex
gratia ponitur in christo scilicet gratia unionis
que animam christi disposuit ad uni
onem de qua tamen dicitur / Secunda
gratia singularis persone que animam
istam assimilat deo et facit dei
formem et gratia capitis / qua
christus caput ecclesie influit in mem
bra quelibet illarum est gratia tanta
Dum hoc tempore gratia importat unum
et eundem habitum ratione differente
vel sunt plures et diversi habitus
non est presentis speculationis Utrum
autem aliquo modo possit dici christus
crevisse in sapientia / dicetur in evangelio
dominica sequentis infra octavam
epiphanie etc. Sequitur aliud
Puer autem crescebat et
confortabatur Luce
2[o] Anima in rebus

gminacionis vel adeo est perfectum quin
ad hoc plus oportet perficere Jeronimus
in quadam epistola ait quod hec est
in hominibus sola perfectio cognoscere
se imperfectionis Cui correspondet
quod dicit beatus Augustinus quod summa per-
fectio vere religionis est ut qua-
cumque homo in hac vita profi-
ciat semper putat sibi superesse quod
querat Cuius racio est quia sta-
tus presentis vite non est nisi quedam
via qua ad patriam pergimus
secundum Gregorium Sed via nunquam per-
ficitur nisi adepto termino quare
terminus est quod tocius discursus
presentis vite est in crescendo Unde
et ipse omnis creature auctor Christus
solus perfectus est crescere voluit
corporali ut nos cresceremus spi-
rituali Et hoc est quod dicit puer
autem crescebat Verum est autem
in sermone secundo magister ...
dominum quandam verbum naturaliter innate
sunt non videndum est qualiter
crescat in corpore Crescit quidem
verbum eciam natura in vite cottidie
nec unquam huius incrementum con-
summatur nisi in patria Dicit autem
in nobis verbum crescere pro quibus nos
crescimus et proficimus Haec
igitur quod secundum triplicem statum tri-
pliciter homo debet crescere Alii enim sunt
crescere incipientes alii proficientes
alii perfecti et iste triplex status in-
nuitur pro tribus verbis prothemate
proposito Nam status incipiencium
notatur in eo quod dicitur puer propter
primi imperfectionis ruditatem Sta-
tus proficiencium notatur in eo quod di-
citur crescebat propter virtualis incremen-
ti continuitatem Sed status perfec-
torum designatur in eo quod additur
confortabatur propter spiritualis robo-
ris vigorositatem Et non quod licet

crescere et proficere secundum videatur
competere proficientibus conveni-
encius cuilibet statui Unde dicit
Cassiodorus super illud psalmi perfice
gressus meos Nemo incipit ut stet
sed ad hoc incipitur ut proficiat
amplius Nemo proficit sed ad hoc
proficiat ut amplius proficiatur
Unusquisque quod statum oportet crescere Debent
autem crescere incipientes triplicater scilicet
in simplicitate doctrine in sedulitate
obedientie et in austeritate vite Primo
in quantum in simplicitate doctrine cum
enim incipientes sint adhuc rudes
indigent ab aliis erudiri et in
via dei dirigi quam ignorant et ideo
primus profectus incipiencium est
in audiendo verbum dei quia ut
dicit beatus Gregorius in omelia Via dum
ad cor dirigitur cum veritatis humiliter
audit sermonem nec competit eis
doctrina quecumque sed simplex et que
secundum convenienciam capacitatis eo-
rum Unde apostolus loquens talibus
incipientibus et noviter conversis
tamquam parvulis In Christo lac dedi
vobis non escam et ad Hebreos .v. facti
estis quibus lacte opus sit non
cibo solido / per lac intelligitur
simplex doctrina tracta ab ubere
matris ecclesie que proponitur incipi-
entibus et imperfectis qui tali lacte
nutriti proficiunt atque crescunt
prima Petri 2o Quasi modo geniti in-
fantes lac concupiscite ut in eo
crescatis in salutem Secundo in
sedulitate obedientie quidem prodesset
verbum dei audire sed verbo dei non vel-
le obedire Unde Bernardus Auris bona
est que audit utilia prudentes
discernit audita et obedienter opera-
tur Hoc fecit Paulus statim
ut conversus est dixit Domine quid
me vis facere Actuum 9o Unde

indignos reputor me umquam tam
defecisse tamen peccatorum quanta
perfecti obiam conversionem. Unde
consulit sapiens ijo. Fili accedens
ad servitutem dei inclina animam
tuam et suscipe verba mea et stes
et crescat in novissima vita tua.
Tercio in austeritate vite. Licet enim
incipientes iniciacio sint teneres
et molles propter quod lacte eis opus est
tam ad doctrinam quam ad observanciam
debent tamen successive crescere in operibus
mandatorum dei et durioribus
ac austerioribus exerciciis insistere.
Anima ut dicit Cassiodorus in qua natura
humana sicut dominus laboribus in
stimitur ita per ocia torpescencia insti
tuatur. Et pariter incipientibus
et hoc est propter puritatem puris
consuetudinis quia enim ad conse
vel propter vehemenciam passionum
et inexperienciam cautelle quantum
ad iuvenes innocentes exemplum iiij Regum
iiij de filio mulieris Sunamitis
de quo legitur crevit puer et cum
quadam die egressus ad messores
dixit caput meum doleo et duc
tus est ad messores inventum ipsum
matris mortuus est. Sunamitis
interpretatur captiva et signat
animam a diabolo captam vinculis
peccatorum cuius filius est ipsa
met id est anima noviter conversa que
tamen in statu incipiencium durioribus
exerciciis debet crescere et si quando
huius exercicio abtorpens et otiosa
tempore estus a se ipsa et ad munda
oblectamenta egrediatur sudore co
cupiscencie plures perussa caput men
tis incipit dolere et sit recursa
ad mortem id est ad proximam peccati ca
pacitate de qua extractus fuerat

meius sive voluptuose quiescit
moritur. Et hoc est quod dicit bludo
Gallicus et corporum bonorum
operum que accidia dicitur est
seminarium omnium malorum. Unde
poeta queritur egistus quare sit
factus adulter in promptu causa est
quia desidiosus erat. Sed econtra
legitur de David iiij Regum iij quod
ibat proficiens et semper robustior
erat.

Proveniunt crescebat restat
secundo videre quomodo
debemus etiam crescere
in proficientibus id est quantum ipsi
proficientes in virtutibus. Unde de ipsis
apparte dicit illud psalmi Ibunt de
virtute in virtutem donec videbitur
deus deorum in Syon. Debent autem
crescere tales in operibus misericordie
sedula operacione erga proximum
intemperancie vigili reluctatione que
ad seipsum et mandatorum libertate
professione quoad deum. Primo enim debent
crescere in operibus misericordie sedula ope
racione quoad proximum ad quod
hortatur nos apostolus ad ephesios
Veritatem facientes in caritate
crescamus id est in operibus caritatis
Et adverte quod dixit ille modus la
boriose operacionis appendente inci
piencium. Tercio quia incipientes
in operacionibus huius exercicia
operiosa sive ad satisfaciendum
de peccatis sive ad reprimendas con
cupiscencias pravas sed proficientes
insistunt operibus bonis propter
virtute ipse ut per ea tendunt ad
perfectionem. Sed crevit secundum Job ab
infancia mea crevit mecum
miseracio mea Job xxxi quod sicut
crevi in etate in me ipso sic crevi
in virtute erga proximum. Sed

quidam Hen non sic sed econtra crescunt
senectute in vicia sicut qui in iuven-
tute sunt benigni et mites ut agni
et postea efficiuntur feroces ut
lupi prius fuerunt misericordes
in dando sua postea decrescendo
sunt crudeles in rapiendo aliena
isti crescunt sicut spina que in
principio est mollis non valens
pungere sed quanto magis crescit tan-
to amplius indurescit et asperius
impungit crudelius Hic isti boni
autem proficientes crescunt sicut
oliva cuius cortices fructus et
folia omnia sunt medicinalia
Sic bonus proficiens in omni tempore
quod dicit aut agit fructificat opera
sua et redolet odoramentum
virtutum ut possit dicere illud psalmi
Ego autem sicut oliva fructificans
in domo domini id est in ecclesia sancta
Hic crevit ysaac de quo legitur
Gen. xxi Crevit puer et ablacta-
tus est et fecit abraham grande con-
vivium in die ablactacionis eius
Ysaac interpretatur gaudium domini
vel risus et significat gaudium
mentale proficiencium quod habent
in operacione virtutum Cum enim isti
perfecti operentur opera virtuosa con-
stat quod in omni actu virtutis sunt
delectacionem et risum mentalem
unde ex consuetudine huiusmodi
habituum et actuum virtuosorum fit
grande convivium in mente Ex
qua delectacione vel gaudio ser-
vitutis mentali omnia opera quantum-
cumque alias sint difficilia eis red-
duntur facilia et gaudiosa Cele-
brant convivium tunc demum scilicet loco
postquam homo primum statum in-
cipiencium supergressus est et ablac-
te mollicie avulsus solido cibo

id est operibus arduis et difficilibus sunt
deditus Unde et de eodem ysaac
dicitur c. xxvi° Ibat proficiens
atque succrescens donec magnus
vehementer effectus est Secundo
debent proficientes crescere in tem-
ptacione vigili reluctacione quo
ad seipsum et contra dyabolum pro-
ficientes enim maxime debent esse vi-
giles contra impugnacionem dyaboli
Racio enim ipsi plus torquentur
quod sic patet Cum enim bona
in caritate facta atque spe adversantur
dyabolo propter eius obstinacionem in
malo constat quod quanto plus homo
opera bona multiplicat tanto am-
plius dyabolum impugnat ymo
quodlibet bonum opus est quasi telum
quod dyaboli cor perforat et
transfigit quod signatum est in
ysmahele de quo legitur Genesis
xxi° Crevit puer et factus est
sagittarius eo enim modo quo quis
in operacione virtutum constituitur
sagittarius contra dyabolum efficitur
et quanto plura opera ex caritate
elicit tanto plura iacula in cor
dyaboli transmittit et ideo opor-
tet proficientem omni hora esse val-
de vigilem et circumspectum ne
et ipse dyabolus iacula sua temp-
tacionis in ipsum dirigat et sic eum
circumveniendo prosternat Unde ut dicit
Gregorius xxiiii° moralium hostis in-
quantum magis sibi nos rebelles sibi
conspicit tanto amplius impugnare
contendit eos enim impulsare ne-
gligit quos quieto iure se possi-
dere sentit Racio ergo proficientes
plus hosti rebellant ymo eum plus
ledunt atque torquent ut dictum est
ideo ipse eos sevientius infestat et
quia crescere incipiunt crescere debent
vigilancia et cautela Ideo isti se
maxime caveant debent ab insidiis

dyabolus. Sicut beatus petrus hortatur
i pe v° Sobrii estote et vigilate quia
adversarius vester dyabolus tamquam
leo etc. Tercio dicitur proficientes
in adversorum libenti perpessione
propter deum crescere sicut enim dicit
Gregorius vi° mor. Electorum desi
deria dum premuntur adversitate
proficiunt sicut ignis flatu pre
mitur ut crescat unde extin
gui videtur inde roboratur eo[?]
Similes sunt in filiis israel qui quanto
magis opprimebantur ab egipciis
tanto magis multiplicabantur
unde legitur Exodi primo et Can.
ii° dicitur Sicut lilium inter
spinas sic amica mea inter filias
Spine vento agitate pungunt lilium
Sic secundum glozam mali dum assla
tu dyabolico pungunt moventur et
pungunt bonos unde patet quod per
secucio malorum persequencium bonos
est dyabolica ad hoc enim dyabolus
eorum manus et linguam movet
Sed sicut lilium inter spinas crescens
sepe pungatur a spinis flatu venti
ut dictum est tamen ut dicit glo.
Candorem suum retinet et maiorem
effundit odorem Sic boni quamvis
pungantur a malis tamen ex hoc
candidi efficiuntur et eo maiorem
odorem sancte conversacionis et bone
fame effundunt. Unde Bernardus
super Can. secundo per questionem allo
quens fidelem animam sic ait Ecce ca
dens lilium o ceti et delicate flos
in crudeli et subversos sunt terram
vide quid tante ambulas inter spi
nas plenus est mundus spinis
inter sunt in ore sunt in carne tua
tor versaris in hiis et minime
ledi divine potencie est non vir
tutis tue sed confide inquid ego
sum qui vici mundum etc.

Proverant crescebat visio quod
verbum eternum mentali nativitate
crescat in incipientibus et
perficientibus. Restat nunc videre
quomodo crescat in perfectis consum
est supra quod patet ubi mentalis
perficitur in glorie pregustacione
itaque cum mens virginea pregusta
cionem glorie adepta fuerit tunc dicitur
verbum eternum peperisse et quia quod
mens in hac vita de divino dulce
dine pregustare potest modicum vel
nichil est in comparacione istius
suavitatis glorie. Ideo oportet istum
tamquam parvulum crescere usque ad
perfectionem glorie sicut et patet ubi
secundum carnem crescebat corporaliter
usque ad perfectionem etatis. Crescat autem
verbum in mente virginea triplicater
videlicet ad modum grani germinantis quod
crescit in arborem consummate per
fectionis ad modum lucis radiantis
que crescit in meridie clare visi
onis ad modum fontis salientis qui
crescat in flumen pleone glorie. Primo
primo igitur verbum eternum crescit ad
modum grani germinantis. Ad quod
attendit illud quod dicitur luc. xiii° ubi
dicit salvator Cui simile estimabo
regnum dei simile est grano sinapis
quod acceptum homo misit in ortum
suum et crevit et factum est in arbo
rem magnam et volucres celi re
quieverunt in ramis eius. Bene
regnum dei quod incipit inter nos
per pregustacionem glorie in patria verbi
assimilatur grano sinapis quod
quidem est parvum et humile quia non
nisi in pura et humili mente na
scitur quia eciam modice hic in pre
gustacione attingitur quia vix in
puncto secundum aug. quod est secundum
illud granum est valde magnum
in efficacia et virtute quod oportet si te
ratur Sic mens virginea secundum

beatum Ambrosium si attentatur ad
versus granum sic virtutis effundit
Anima secundum beatum Gregorium virtus
que latet in prosperis patet in ad
versis Nam et si verbum in carne
natum primum quidem fuit et humile
tamen vij dicitur anime quia mitis
fuit et humilis corde Sed attritum
in passione vim sue virtutis effu
dit qua nos redemit et statim
in resurrectione et ascensione eius
sue divinitatis ostendit ut dicit Ambrosius
super Lucam sicut granum in passione
et quia resurrexit et ascendit
factum est arbor Aliud igitur granum
ruptum est autem acceptum et missum in
ortum fidelis anime in mente sua
Canticorum Descendi in ortum meum Hortus
conclusus est fons signatus crescit
autem quando in se sic in mente fidelis per
gratiam meretur in his virtutibus perfectum
sic crescere facit Colossenses 1 verbum dei
fructificat et crescit ubi dicit glosa
Cuius est eam perfectus quando non
amplius crescere possit signo et
quod crescat crescit in quantum in arborem
consummate perfectionis. Perfectio enim me
rit inchoat vita est exorte que
consummatur in gloria Quoniam gloria dicitur
gratia consummata et hoc est quod dicitur
Granum sinapis quod crevit in
arborem magnam Hec arbor est
consummata perfectio fidelis anime quam
consequi non potest in hac vita co
gnitum aut eam in patria ubi nos
fructum divine dulcedinis hic in
delibatorie et exporte pergustato
perfecte et plene gustabimus fructum
et quod hic gustavit in spe ibi tene
bit in re Huius arboris fructum
pergustabat illa beata sponsa Canticorum
ij° Sicut malus inter ligna
silvarum et vinea fructus eius
dulcis gutturi meo Et secundum
unam expositionem intelligitur de gra

tiae seu fructu celestis premii unde
gloza dicit ibi postquam umbra
eius protexit me scilicet in gratia fructu
eius satiata sum scilicet celesti dul
cedine in gloria et bene hec arbor
dicitur magna quia attingit
usque ad celum unde subditur
quod volucres celi requieverunt
in ramis eius. Rami huius ar
boris sunt distinctiones mansio
num que multe sunt in illa
celesti gloria Johannis xiiij° In quibus
ramis requiescunt volucres id est
celestes spiritus sicut anime beate
cantantes et deum incessanter laudan
tes dicentes alleluia Apocalypsis 19 De
hac arbore potest intelligi illud quod di
citur Danielis iiij° Vidi et ecce arbor
in medio terre et proceritas eius tan
gens celum folia eius pulcherrima
et fructus eius nimius et esca uni
versorum in ea subter eam habita
bant bestie et in ramis eius co
nversabantur volucres celi Sunt vero
conditiones predicte quinque Primo Secundo
verbum natum in mente crescat
admodum lucis radiantis lux
enim crescit ab imperfecto in perfectum
incipit ab aurora usque ad meri
diem crescit Sic hic unde pro
verbiorum iiij° Iustorum semita
quasi lux splendens procedit
et crescit usque ad perfectum diem
ubi sciendum quod hec imperfecto
conceptionis et partus ubi in mente
non est in via seu strata communi
hominum mandatorum sed est quedam
per quam pauci id est soli perfecti
gradiuntur Mathei vij° Arta et
angusta est via que ducit
ad vitam et pauci eam inveniunt
Et hec maxime est viam de via
perfectionis que ideo perfectio di
citur compendiatur compendium

singularis perfectionis. Hec autem
semita dicitur quasi lux splendens
quia claritas divina circumfulsit
mentem in huiusmodi semita am-
bulantem ut dictum est supra
in sermone secunde misse nativitatis. Ve-
rum quia hec semita perficitur
nisi in termino qui est in patria sed
et lux splendens in mente et cor
resulgens non est perfecta sed semper
procedit et crescit usque ad perfectum
diem id est usque ad meridiem clare
visionis in patria. Unde Petri 3o. Crescite
in gratia et in cognitione domini nostri
Ihesu Christi usque in diem eternitatis.
Ad hunc meridiem processit Abra-
ham de quo legitur Gen. 12. Per-
rexit Abraham vadens et progrediens
ultra ad meridiem. Abraham inter-
pretatur pater multitudinis
vel pater videns multitudinem
et significat deum patrem qui
gignendo verbum in mente est ori-
go totius multitudinis perfectionum
et perfectum eius multitudinis
de qua dicit psalmus: Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine
quam abscondisti diligentibus te.
Nam in istius dulcedinis pregusta-
tione nascitur verbum quod semper
crescit in eius dulcedinis multi-
tudine donec plene in ea degu-
stet dulcedinem glorie. Quia omnis
dulcedo hic pregustata quantumcumque
multiplicetur in infinitum numquam
tamen adequabitur dulcedini
glorie sicut punctus per quantum-
cumque augmentum numquam attinget
perfectionem linee. Et hoc est quod
dicitur quod Abraham perrexit va-
dens et ultra progrediens ad
meridiem et hoc maxime ad
infinitum incrementum perducit
dominus. Gen. 17. Esto perfectus et facias
te crescere vehementissime.

Ad hunc etiam meridiem clare visi-
onis aspirabat sponsa quando
dixit Cant. 1o. Indica michi ubi
pascas ubi cubas in meridie verbum
eternum quod est dilectus anime. In ista
beatitudine pascat electos suos
vultus sue iocunditatis et cuba-
re eis facit quietis societate et
hoc in meridie beate visionis clari-
tate. Ideo verbum mentali natum
crescit ad modum fontis salientis
qui crescit in flumen plene frui-
tionis. Unde Hester xo. Fons
parvus crevit in flumen magnum.
Iste fons est verbum natum in mente
quod est parvum quidem mole sicut fuit
primus natus in carne parvus etiam
quia parva est pregustatio respectu
glorie sicut dictum est. Sic ille qua-
si fons parvus in principio parvulus tamen [?]
scaturiendo crescit in flumen ma-
gnum id est in plenitudinem fruitionis
que quidem fruitio importat satietatem
et repletionem omnium desideriorum. Sic
enim est tunc cognitis in quibus
voluntas delectata conquiescat
ut dicit Augustinus. In hac enim
vita gustare quidem possumus
de fonte sed semper magis ac ma-
gis sitimus, sed in vita beata bi-
bemus de fonte seu flumine. Et ibi
amplius non sitiemus. Joh. iiiio.
Qui bibit aquam scilicet gratiam [?] quam
ego dabo ei in vita futura non
sitiet in eternum. Et ostendit inferius
quomodo dabit aquam illam quod
primo fiat in mente fontem et ille
saliendo crescat in flumen. Et hoc
est quod dicit: aqua quam ego dabo
ei fiet in eo fons aque salientis
in vitam eternam. Et qui de illo flumine
biberit non sitiet in eternum. Sic enim
tunc omnia desideria ibi replebuntur.
Pulchre dicit Ieronimus in quadam

revelacione ad aug. Cum enim ipse
aug. ut ipse narrat in quadam
epistola ad Cirillum quadam die inte
scribere epistolam Jeronimo destinandam
querendo ab eo quid ipse de gloria
sanctorum ac beatorum sentiret
Subito eidem scribenti eiusdem
sancti Jeronimi anima que eodem
die et hora feliciter et modo admi
flagrada apparuit narrans ei
de suo felici transitu a quo beatus
aug. mente certa ab eo petiit se
informari de gloria beatorum audivit
vnum agustine noveris quod scietz
anime in ista eterna gloria in deo sunt
solidate et firmate quod nulla eis
inest alia voluntas nisi dei
quia nichil aliud velle possunt
nisi que deus vult. Hec omnia
que volunt obtinere obtinebunt
et obtinere possunt et enim quecumque
voluit deus voluit et adim
plet. Nemo enim eorum minus
sunt [illegible] desiderijs quia
nichil [illegible] minime op
tant quam [illegible] ipse deus habent
nam semper desideria sunt pleni
ssime adimpleta. Hoc Jeronimus
Et scribit in epistola ad cirillum
propter quam revelacionem beatus
aug. potuit conter dicere illud
apostoli xx ostendit michi an
gelus flumen aque vive i. ple
nitudine glorie beatorum volunter
aut dicat ostendit in flumen du
cit potat potavit me flumine
Rondum aug. de isto potan[illegible]
sicut Jeronimus [illegible] de fonte p
gustaverat propter quod ex eodem
ad scribendum de hoc epistolam cepi
eius plenius haurire de isto
fonte i. de ista felici verbo pe[illegible]

de psalmo illud quod legitur i Reg iii
Crevit puer Samuel et deus erat
cum eo et non cecidit ex omnibus ver
bis eius super terram. Samuel interpretatur
exauditus dei super et significat
mentem vbigenam quam deus ex
audit in omnibus suis desiderijs
postquam de summo bono dulcedinem gusta
verit. Unde bene de eo dicitur
quod deus erat cum eo et non ceci
dit ex omnibus verbis eius super
terram quod concordat illi qui di
cit in psalmo / desiderium anime eius
tribuisti ei. Unde aug. xxiij o
de ci. ia tunc erit vere quod modo
nullo modo esse potest ut sic vivat
homo quid vult. Non enim vult
male vivere in illa eterna beatitudine
et volet aliquid quod deerit quod voluit
quod amabitur erit nec desiderabitur
quod non aderit omne quod ibi erit bo
num erit atque ad fruendum ama
toribus presto erit et quod est omnino
felicissimum ita semper fore certum
est. Hec aug. Et sic patet quomodo
puer ihesus i. verbum natum in
mente peccatorum crescat quantum ad
complacenciam crescendi modum que sibi
perstringit beatus anselmus in prosologion sic in
quit / oro deus ut cognoscam
amem te ut gaudeam de te. Et
si non possum in hac vita ad ple
num proficiat hic in me noticia
tua et ibi fiat plena crescat
amor tuus hic et ibi sit plenus
ut hic gaudium meum in spe sit ma
gnum et ibi in te plenum. Quod
nobis prestare dignetur dominus
ihesus cristus amen.

Postquam consumma ti sunt dies octo

ut circumcideretur puer voca
tum est nomen eius ihesus quod voca
tum est ab angelo priusquam in utero

conapetur xv

Solent in novo anno in
missa dari maiores
quidem dant minoribus in
notes vero maioribus nichil
tribuunt sed ad eos pertinet inicia
re novum annum. Sic salvator
noster in carne natus quamvis per
vulus et parvissimus hodie suis
fidelibus tribuere dignatus est
de thesauro nobiliori suo quem
in mundo habuit munus enim ac
ceptabile et gratuitum videlicet san
guinem suum effundere quem ipse
pro nobis effudit in circumcisione
ut presens ewangelium testatur. Hic
quidem ewangelium modica quidem in littera
sed grandia in summa ponuntur tria
maxima mirabilia a seculo in
audita que nobis puer ihesus hodie
pro novo anno offerre dignatus
est. Nam ille qui eternus est et
interminabilis et nullo tempore clau
ditur hodie octo dies describuntur.
Item ille qui est impassibilis et
invisibilis quia patri consub
stancialis hodie patitur di
minditur et circumciditur. Item
tercio quia est ineffabilis et cuius
narracione deficiat lingue hodie
nominatur et nomen ei imponitur.
Et hec tria cantantur in presenti
ewangelio. Primo enim describitur tibi
eius circumspeccio temporalis cum dicitur
postquam consummati sunt dies oc
to. Secundo cantatur eius circumci
sio corporalis cum dicitur ut circumci
deretur puer. Tercio ponitur eius
nominacio vocalis cum dicitur
vocatum est nomen eius ihesus.
De primo est sciendum quod adhuc
puer ille sunt octo dierum et
hoc a die nativitatis sue. Nam
hac etate pueri circumcidebantur

secundum legem. Vide Gen. xvii. Pri
mus octo dierum circumcidetur in
vobis. Ante autem diem octavum
non fiebat ne esset periculum prop
ter teneritudinem carnis nec diffe
rebatur ultimus nisi esset a casu
quoniam dolor minus fuisset propter
corporis infirmitatem. Semper autem fiebat
die octava nativitatis infantis
et si ista esset sabbatum ut dicit glosa a
Moraliter per illos spirituales octo
dies intelliguntur octo spirituales illumi
naciones quas oportet precedere circumci
sionem spiritualem in quolibet homine statum
sive incipiencium proficiencium et
perfectorum est. Sic octava die circum
cisio celebratur in anima ut habes
in sermone sequenti. Deinde cantatur
infantis incisio corporalis cum dicitur
ut circumcideretur puer. Nota secundum
Ysidorum xi ethimologiarum. Sex sunt
etatis gradus hominis.
Prima est infancia que est nascen
tis hominis ad lucem prodiens et
peragitur ad septem annos et
dicitur infans quia tunc fari
non potest dentibus nondum bene
ordinatis. Secunda est puericia
nondum ad generandum apta
tendens a septimo usque ad xiiii
annum. Tercia est adolescencia ad
gignendum adulta. Quarta
iuventus firmissima etatibus omnibus
finiens in l° anno dicta a iuv
ando eo quod iuvare potest alios et se.
Quinta est senium que est declin
acio iuventutis ad senectutem
nondum senectus sed iam nondum
iuventus que etas a l° anno
incipiens in lxx terminatur. Sexta
est senectus que nullo annorum
tempore finitur determinato sed post quinque
quicquid etates ceterisque vite est se

necturi deputatum. Sexta autem
pars est ultima senectutis dicta
quasi terminus sexte etatis. Cum igitur
institutus esset nisi octo dierum tamen
eorum circumcidebant puerum et
hoc propter puritatem pueri. Christus enim fuit
corpore omnia ex purissimis sangui-
nibus virginis conceptus et natus
fuit purus etiam in anima que sine
peccato originali et actuali fuit. Dicit-
ur etiam eorum pocius puer quam
infans sonat perfectionem primam
in virtutem. Sicut etiam Ysaias di-
cit c. puer natus est nobis. Circa
hanc circumcisionem tria sunt conside-
randa. Primo quare sunt institu-
ta. Secundo quibus data sunt. Tertio
quare Christus circumcidi voluit. Circa primum
sciendum quod instituta sunt propter
tria. Primo ad distinguendum populum
Judaicum ab aliis nationibus
unde dicitur Gen. xvii et Ro. 3o. Tertio
ad repressionem carnalis concupiscen-
tie que maxime ardebat in Judeis.
Circa secundum quibus data sunt
sciendum quod primo data sunt Abra-
he et ipse eodem die qua accepit
mandatum a deo circumcidit cum esset
nonaginta novem annorum et
filium suum Ismahelem qui tunc erat
13 annorum ut legitur Gen. xvii et
postea anno nato Ysaac illum circumci-
dit octavo die Gen. 21. Et omnes
masculi ex semine eius tenebantur cir-
cumcidi et servi et habitantes cum eis.
Mulieres autem ab ista circumcisione
erant libere. Nunquam tamen nisi cum
circumcisis debebant nubere. Ulte-
rius alia nacio preter Judeos subi-
ciebatur legi circumcisionis et sacri-
ficiis quibuscumque. Et nota quod prima
circumcisio fuit solempnis sub
tempore Abrahe et non legitur quod
cultro. Secunda fuit tempore Moysi

ut legitur Exodi iiijo quod Sephora
uxor sua circumcidit filium suum cum
petra acutissima. Tertia facta est
tempore Josue in Galgalis et hec
erat generalis et solempnis et
fiebat cultris lapideis ut dicitur
Josue vo. Hebreus quod non acutis
cultris fiebat illa circumcisio similiter
et procedens de Sephora quia ut
nos habemus petra hebraice dicitur
acien id est nonachez. Unde et Judei
nonachis circumciderunt sicut dicit
magister in Hystoria. Fabulantur tamen
quidam Judei circumcisionem factam pe-
tra usque ad David sed quia in deici-
endo Goliam ferrum lorice et galee
cessit lapidi iacto quasi dans ei
locum, deinde lapis cessit ferro in
circumcisione. Circa tertium quare Christus
circumcidi voluit cum tamen fuit sine
peccato. Sciendum quod huius sunt
plures raciones. Prima ut ostenderet
se esse de semine Abrahe cui erat
imposita circumcisio primo. Secunda
ut auferret a Judeis causam quod
eum non dicerent patribus esse dis-
similem. Tertia ut legem veterem
approbaret que usque ad ipsum ser-
vanda fuit. Mat. vo. Non veni
solvere legem sed adimplere. Quarta
ut humilitatem ostenderet quia licet
esset sine peccato tamen velud peccator
criminalibus adque non tenebatur
se subiecit cum tamen ipse dominus
legis esset. Gal. iiijo factum sub
lege. Quinta ut pro nobis sanguinem
suum in etate virili non solum sed
etiam in infancia funderet. Sexta
ut confutaret hereticos qui dixe-
runt eum non verum corpus sed
fantasmaticum habuisse. Septima
ut castitatem nobis daret que est
mortificacio actus istius membri.
Octava ut nos spiritualiter circumcide-

vos forte demonstraret Spiritualis
enim circumcisio in oculis in auribus
ne inhonesta videant ne audi
ant vana in lingwa ne turpil
in munda et detractoria in ma
nibus et in toto corpore ab illicito
tactu ab avaricia et usura ab in
mundicia et molicie De vitiis 12
Fidet tesaie et circumcidet angeles
Item debet fieri in corde a cogita
cionibus noxiis et immundis a
iudiciis falsis et intencionibus et
voluntatibus iniquis Nota 14
Augustinum quod legalia fuerunt an
passionem domini viva post passionem
antequam mortua Secundum post quia clarent
evangelium per mundum sunt sepulta
Nota quod eciam christus pro nobis suum
sanguinem fudit septies primo in
circumcisione Insignum amoris ut
signis amoris sue sponse circum
cideretur Exodi 4 Sponsus san
guinis tu michi es Secundo in
oracione Insignum devote oracionis
et ferventis amoris quo nostram desi
deravit salutem Luce 22 Et factus
christus in agonia prolixius orabat
et factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrentis in terram Tercio
in flagellacione Insignum cohor
tacionis ad Hebreos 12 Hortamur
vosmetipsos per singulos dies
Quarto in coronacione Insignum
regalis honoris quo ipse coronat
sanctos suos in regno suo Quinto
in crucifixione scilicet manuum et
pedum transfixione scilicet in precium
nostre redempcionis Apocalipsis
1 Redemisti nos in sanguine
tuo Sexto in latris aperitione in
efficaciam nostre ablucionis Apocalipsis
lavit nos non a peccatis nostris sanguine
suo Dubitaret aliquis cum tempore
sit circumcisio quare nos non circum
cidimur Videmus quod quinque sunt

cause Prima est quia circumcisio cessat
instante baptismate quod est efficaci
us sacramentum contra originale
peccatum quia circumcisio et adveniente
fortiori cesset minus forte Ita
quod observans eius nunc dampna
esset Galatas 5 Ego paulus
dico vobis quia si circumcidimini nil
proderit vobis christus Secunda
quia circumcisio solis iudeis data
fuit nos autem non sumus iudei
Tercio quia sicut christus alia legalia
servavit ut eos qui sub lege e
rant redimeret sub iugo legis sic
et hic sub ut sua circumcisione circumci
sioni finem daret Quarta causa
est ut cum homo declinans
a lege dei declinacione peccati
non possit redire nisi per confes
sionem alienius pene Sacramen
tum circumcisionis fuit a nobis pelle
Secundum quia christus in cruce vel lang
wores nostros portavit ut dicitur
Ysaie 53 Nos ergo hoc absoluti
sumus de pena peccati originalis
nec per hoc sacramenta circumci
sionis Quinta est quia cum culpa
originalis indicatur per me
brum genitale et quia omnia
mundari debebant in sanguine
christi ut dicitur ad Hebreos 9
Nos convenientes sumus emundati
ab originali peccato per effusionem
sanguinis de isto membro Sed
quia christus non solum sanguinem
de isto membro hoc est in circumci
sione sed eciam sanguinem de toto
corpore suo effudit pro nobis
miseris peccatoribus Nos circumci
sio non habet locum ergo qui non
circumciderentur iniuriam facerent
christo passo. Deinde eciam de
vocatum est nomen eius ubi
describuntur a nobis nominacio
vocalis et tangunt duo primi

ipi imponere nomen imponit Secundum
est eiusdem nominis procedens in
firmato ibi quod vocatum est ab
angelo priusquam in utero conciperetur
Circa primum notandum quod nomen
imponebatur tunc in circumcisione
sicut nunc in baptismo Nec enim
aliquis dignus est vocari nomine
antequam sit baptizatus et hoc
propter tria primo quia nomen impo
nitur propter noticiam ut dicit
Isidorus in Ethicorum Nomen dicitur
quasi notamen eo quod per nomen cog
noscimus res et per baptismum homo
primo venit in dei noticiam et gratiam
ideo tunc ei nomen imponitur
unde Exodi 33 Domine dixit Moysi
ipsi novi te ex nomine et inve
nisti graciam coram me Secundo
quia nomen pertinet ad dignitatem
Et quia per baptismum in ma
ximam dignitatem transimus
quia in adopcionem filiorum dei
Tercio quia a sancta trinitate theo
esse ideo conveniens est ut no
minemur ad invocacionem trinitatis
que fit in baptismo Unde Jere
mie Tu autem in nobis es domine
et nomen tuum invocatum est super
nos ne derelinquas nos domine
deus noster Notandum autem quod
hoc nomen Jhesus convenit Christo
triplici racione Primo racione na
ture quia enim ipse ex divina na
tura erat salvator auctoritate et ex
humana natura erat salvator
ministerio dignum fuit ut sibi
vendicaret nomen salvatoris
Secundo racione decencie ut si no
men conveniat rei absurdum
enim et ridiculosum est si aliquis
debilis dicatur Sampson aut aliquis
turpis Absolon aut quis fatuus
Salomon sic quando nomen convenit
rei tunc nomen est in homine

sicut gemma in anulo aureo Ideo
decuit secundum Isidorum Et quia
Christus vere fuit salvator ideo decuit
eum habere nomen salvatoris Tercio
racione efficacie unde nota quod hoc
nomen Jhesus habet multiplicem efficaciam
salvandi Prima est quia salvat
nos ab insidiis dyaboli ps Salva
sti enim nos ab affligentibus nos
Ideo in nomine tuo spernemus in
surgentes in nobis Si enim in qui
busdam verbis incantacionum tanta
vis est posita ut auditis eis serpen
tes aut eciam demones non noce
ant sed fugiant multo magis hoc
nomen Jhesus Unde ait ultimo
In nomine meo demonia eicient
linguis loquentur novis serpen
tes tollent Unde discipuli dix
erunt Christo Domine eciam in nomine
tuo demonia subiciunt nobis Luce
decimo Secunda est quia salvat
nos a peccatis Mathei primo Ipse enim sal
vum faciet populum suum a peccatis
eorum et proprie salvet a peccato
perfidie unde ait ultimo In no
mine meo etc linguis loquentur novis
et lingwa eorum habet vim conver
tendi infideles ad fidem que erat
nowa et hoc est quod dicit Hugo
cardinalis sermone 17 Et hoc nomen
Jhesus liceat parvum videatur, preter (?) inquit
in toto orbe tam subito fidei subiugo
nisi predicato nomine Jhesu Tercia
quia salvet nos a temptacionibus
Non enim permittit nos temptari
ultra illud quod possumus Est enim
hoc nomen sicut tiriaca recepta
sicut que expellit omne venenum
temptacionis Unde ait ultimo
In nomine meo etc et infra Et si
mortiferum quid biberint non eis
nocebit id est aliquid mortalis tem
ptacionis senserint Unde Isidorus
ubi supra quod nichil ita temptaciones
et motorum inclinaciones reprimit
sicut hoc nomen Jhesus nichil tam

cum nec impetum tolerat superbie tu-
morem sedat sanat livoris vulnus
restringit luxurie fluxum extinguit
libidinis flammam sitim temperat avari-
cie ac totius in decoris fugat
ruginem etc. subdit Veni ergo domine
Ihesu aufer scandala de regno tuo
quod est anima mea ut regnes tu
qui debes in ea. Venit enim avaricia et
vendicat in me sibi sedem. Iactan-
tiam cupit dominari. Superbia vult
michi esse rex. Luxuria dicit ego re-
gnabo. Ambitio detractio invidia
et iracundia certant mecum ego autem
quantum valeo resisto. Reclamo ad
dominum meum Ihesum. Ipsum reclamo ipso
me defendo quia ipsius me esse ag-
nosco. Ipsum michi deum michi dominum
teneo. Dico non habeo nisi dominum
Ihesum. Veni ergo domine Ihesu et disperge
illos in virtute tua et regnabis
in me quia tu es ipse rex meus et
deus meus. Quarta est quia salvet
nos a cunctis iniquitatibus nostris sive
sit infirmitas carnalis sive egritudo
spiritualis que est carentia gratie
vel virtutis debilitate. Vel est tribu-
latio mundialis quantum ad primo dicitur
Marci ultimo: In nomine meo etc. Et in-
fra: super egros manus imponent
et bene habebunt quantum ad egritudinem
corporalem patet quia discipuli Ihesu
in nomine eius mirabiles sanitates
operati sunt ut legitur in ewangelio et
in actibus apostolorum. Unde hoc nomen
Ihesus est sicut quoddam unguentum
quod videlicet contra omnia vulnera et omnes in-
firmitates tam corporales quam spirituales.
Canticorum i: Oleum effusum nomen tuum.

Unde Crisostomus ubi supra: hoc clama-
mus thesaurum absconditum in
vasculo vali hunc nominis quod
Ihesus salutiferum contra quodcumque illud
inveniatur tam efficax semper
tibi insinuasse semper in manu
quo cum omnes in Ihesum sensus
dirigantur. De sanatione vero
languoris bernardus dicit ibidem
hoc nomen sanat me ab omni lan-
guore tam corporis quam anime
et hec ergo omnia michi simul
sonant cum sonuerit nomen Ihesus.
De sanatione vero tribulationum
dicitur proverbiorum 18: Turris fortis-
sima nomen domini. Unde Bernardus
ubi supra: Contristatur aliquis veniat
Ihesus in cor. Ihesus enim imperi-
culis trepidanti invocatum nomen
Ihesu non statim fiduciam prestitit
depulsit metum. Tamen in ad-
versis difficultatibus tamquam desiccati si
non adiutorium sonuit deficit
fortitudo. Et est alia efficacia
huius nominis que potest esse vim
quia salvet omnes virtutes anime
disponens dulcorando eas. Unde
Bernardus ubi supra: Crimina ita quo-
tatos reparat sensus virtutes
roborat vegetat mores bonos
atque honestas castas fovet affec-
tiones. Sicut nomen Ihesus arida
est omnis anime cibus si non oleo
isto infunditur. Insipidus est
si non sale illo conditur. Si scri-
bas non sapit michi nisi legero
ibi Ihesus. Si disputas aut conferas
non sapit michi nisi sonuerit
ibi nomen Ihesus. Ihesus mel in
ore melos in aure iubilus in
corde etc. Nota quod hec nomina con-
venienter inconcusse fuit impo-
situm tibi quia ipse tunc incepit
opus salvationis me fundendo

sa sanguinez sunt tum quia virtute
et efficacia istius nominis eruadim
ab omnibus malis et coptam omnib
bonis ut infra est Deinde tum
dicitur quod vocatum est ponitur
impositionis nominis approbacio et hec
sunt per peronum anglic .iiij. et de
quod vz nomine ihesus vocatum voca
tum est ab angelo priusquam in utero
conciperetur Isaie quod vocabit tibi
nomen nomen quod os domini nomi
navit Notandum eciam quod gloza
tangit duplicem causam quare hoc
nomen ab angelo vocatum est
Prima est quia non decuit tam glo
riosum nomen primo ab hominibus
nominari nec ab eis diffinim in
mundum ut dicit Origenes Secundo
ne homo verbi humilis indecentem
machinatam est non quod hic non
ihesus vocatum est ter primo an
eius conceptionem in annunciacione
beate virginis Secundo ut ibi in
circumcisione Tercio postquam na
tus in eius circumcisione et tunc
impositum est hoc nomen a parentibus
tibus vz hic Notandum est quod
cristus prius nominari quam conci
pi voluit ut ostenderet ante conce
pcionem virginem se extitisse non
enim nominantur nisi ea que sunt
Considerandum dignitatem huius
nominis Primo quod hoc nomen sunt
ab eterno consecratum pre domine
nomen tuum ab eterno et in eternum
Secundo sunt divino ore nomina
tum Isaie 62 vocabitur tibi nomen
quod os domini nominavit Et apostolus
ad philippenses Dedit illi nomen quod
est super omne nomen Tercio a pa
triarchis et apostolis antiquis de
sideratum Isaie 26 Domine nomen
tuum in desiderio anime Quarto a
prophetis prophetatum Isaie 30

Ecce nomen domini venit de lon
ginquo Quinto ab antiquo pre
figuratum scilicet in ihesu nave qui et
Josue dictus fuit Sexto ab angelo
denunciatum luce et ut ante i Sep
timo ab ore virginie predicatum luce i Et
sanctum nomen eius Octavo a
Joseph hoc impositum ut hic
Nono ab apostolis divulgatum Actuum
iiij° Ibant apostoli gaudentes a con
spectu concilii Et de paulo dicitur
domino vas electionis est michi
ille ut portet nomen meum coram
regibus et principibus Decimo
a martiribus testificatum quia pro
nomine ihesu passi Undecimo
a confessoribus collaudatum
ps laudate pueri dominum Duodecimo
a sanctis virginibus pregustatum
Canticum i Oleum effusum nomen
tuum De hoc nomine dicit Bernhardus
dicens in iubilo Dulcis ihesus me
moria dans vera cordi gaudia
sed super mel et favum est dulcis
eius presencia michil capitur sua
mus michil dicitur iocundius
michil cogitatur dulcius quam
ihesus dei filius Devotus secundo
Bedam quod sicut cristus in circumci
sione sua corporali accepit hoc
nomen ihesus ita electi in sua
circumcisione spirituali qua partici
pant isto nomine ut sicut ipsi
a cristo dicti sunt cristiani ita
et a salvatore vocentur salvati
[illegible] nomen eius non solum
[illegible] ante per fidem
conceperit [illegible] eciam re fide simile
[illegible] vocatum est et cetera

Postquam consummati sunt
dies octo ut circumcideretur
puer vocatum est nomen
eius ihesus luce ij° Sicut dicit
Augustinus de vera religione tota vita

cristi quam per hominem introe
gessit disciplina sunt mortuum
Prima igitur opus hodierna
die circumcisus est et nomen eius
impositum Jhesus prout verba
proposita manifestant Et notandum
quod opus christi quod non corporale sed
spirituale circumcidi et nomen ihesu
mentaliter conformare debemus
Unde in verbis premissis innuuntur
tria primum est sufficiens anime
ad circumcisionem optima dispositio
Secundum est ipsius circumcisionis in
anima congrua celebracio Tercium
est ihesu in mente perfecta confor-
macio Primum notatur cum dici-
tur postquam consummati sunt
dies octo Secundum tangitur cum di-
citur ut circumcideretur puer Tercium in-
nuitur cum annectitur vocatum
est nomen eius ihesus / De primis
duobus simul dicendum et secundo per se
Quantum ad prima duo sciendum
quod triplicem statum hominis est triplex
circumcisio spiritualis Quarum quelibet
nisi octava die celebratur per quos
octo dies intelligere possumus octo
illuminaciones divinas graciarum
quas oportet precedere circumcisionem spiritu-
alem in quolibet statu / Cum enim dies
secundum physicum nichil sit aliud
nisi solis lux super terram vere
per diem intelligitur illuminacio
qua sol iusticie verbum eternum
radiat super terram cordis nostri
humani Quantum igitur ad statum
incipiencium circumcisionem spiritualem
precedunt ista septem peccatoris ad deum
conversio / peccati recognicio quam tunc
sequitur contricio et confessio peccati
detestacio in futurum caucio Et
quam tunc sequitur impii iustificacio
qua gratia infunditur et peccatum

remittitur Isti dies octo signati
sunt ij paralipomenon xxix ubi dicitur
quod sacerdotes expiaverunt templum
diebus octo Templum enim dei
quod sumus nos secundum apostolum quando
contaminatum et pollutum sunt sor-
dibus peccatorum / tunc mistico sacer-
dotum expiatur hiis diebus octo pre-
dictis et ipso die octavo scilicet in iu-
stificacione impii celebratur circum-
cisio in anima penitentis que quidem
circumcisio non est aliud quam circum-
cisio viciorum que soli sunt
homini superflua Omnia enim creata
in homine sunt valde bona
ut dicitur Genesis j Et nisi ista circumci-
sio fiat in anima ipsa filia est per-
dicionis Juxta illud Genesis 17
Masculus cuius prepucii caro absci-
sa non fuerit peribit de populo
possunt autem isti octo dies acci-
pi secundum octo etates quarum
sex sunt in decursu mundi De
quibus dictum est in postillis
Septima vero est in quiete anima-
rum usque in diem iudicii et tercia
in resurrectione erit octava etas
cui correspondet octava illumina-
cio impii in qua fit circumcisio ut
dictum est Isti dies octo eciam
sunt designati Genesis 8 ubi dicitur
quod Noe post emissionem corvi compe-
tentis diebus septem emisit colum-
bam at illa venit ad eum ad ves-
peram portans ramum olive vi-
rentibus foliis Noe interpretatur requi-
es et significat animam penitentem
in qua fit commocio dolorosa sim-
ones illuminaciones predictas que
cessante diluvio emisso corvo
pro castinacionis penitendi / Nam
sicut corvus dicit cras cras sic peccator
per primam procrastinacionem Sicut b

Augustinus conqueritur se fecisse in
viij° Confessionum quaz diu erat
et erat quasi non ho° finis tur-
pitudinis mee Cum iniqua cor-
de emisso et nos tenso oportet quod ad
hunc pertranseat vij dies quibus
septem illuminaciones perfecte quibus
completis octavo die emittitur
columba i. simplex et pura intencio
anime penitentis que reportat ra-
mum olive signum iure con-
secute et quod cessavit diluvium pe-
ccatorum et tunc celebratur
tenaciter mansia ramus ad illa
erat viridibus foliis per que
docemur quod anima continua annicio
debet virere in virtutibus quia ut
dicit beatus Gregorius Cum se a viciis
abstinet iniquitatibus et virtutes in
quibus crescat Et incipit intrare
in statum proficiencium Cum ad
ad statum proficiencium isti octo
dies sunt octo illuminaciones spiritus
septiformis et viij spiritualibus
cum perseverancia finali que est
octava et possunt iste illumina-
ciones accipi secundum opera
sex dierum cum septima sabbati
et octava consummacionis finalis
primus igitur dies est illuminacio
fidei Nam prima die facta est lux
per quam fides intelligitur Ad ephe-
sios v° Eratis aliquando tenebre nunc
autem lux in domino i. lux fidei
Secundus dies est firmitas spei
quia secundo die factum est firmamentum
per quod intelligitur spes vnde
ps. Quoniam firmamentum meum
et refugium meum es tu Tercia
dies est viror caritatis que
significatur per viridia que die
sunt producta sunt tercia die unde
ps° Iusti quasi virens folium

germinabunt vnde Gregorius Nichil
habet aliquis viriditatis ramus
boni operis si non manet in radice
caritatis Quartus dies est lu-
minosa discrecio prudencie secundum
quod est virtus purgatoris ad quam
secundum Macrobium pertinet mundum
et omnia que in mundo sunt di-
vinorum contemplacione despi-
cere et omnem anime cogitacionem
in sola divina erigere et significatur
per luminaria celi quarta die facta
vnde philosophus ijo luce sicut luminaria
in mundo Libri iure continentes
Eccl. xxvij Sapiens in sapiencia
permanet sicut sol Quinta dies est con-
stancia fortitudinis cuius est secundum
Macrobium animum supra periculum agere
nichil quoque nisi turpia timere
et tollerare fortiter prospera vel
adversa vnde angelus ad Thob.
Thob. v° Thobia forti animo esto
et hoc significatur in opera quinte
diei quo facta sunt ea que sub
aquis ex aquis sunt Per aquas
autem intelliguntur tribulaciones Cantic.
viij° Aque multe non potuerunt
extinguere caritatem et fortitudo
aliquando directo aspectu tunc
mens ista videbit deum
ut per obiectum per essenciam
Sed hoc privilegium in vita ista
rarius accedit. Divina infirma
mens non valet figere oculum
in tantam lucem. Quarto apparet

quod dicitur de luce Corporali quia quandoque illuminat oculum aliquo aspectu et tunc non videt lucem Sed alia in luce / ita quando illuminat radio directo et tunc oculus videt solem quia omne quod videtur directo aspectu videtur Unde quamvis species coloris multiplicetur in medio non videbis colorem nisi directe figas oculum ab ono Sed quando illuminat ab aliquo aspectu tunc oculus non videt ipsum sed est solum causa non videndi alia Sic deus lux non reputatur menti in ratione obiecti ut ipse per essenciam videatur nisi forte ex privilegio de aliis cognoscatur unde dicitur signanter quod magi illam stellam in oriente viderunt non in medio emisperii solis enim in ortu suo quando est in oriente nequaquam tam clare splendet sicut quando est in meridie quando est in medio emisperii et similiter de aliis stellis unde deum quidem non per essenciam sed per speciem in contemplacione videbat David 2 Regum 23 Sicut lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat et Isaias 18 dicit Erunt lux meridiana clara est per stellam que ipsa a parte in oriente signatur cognicio de deo non clare ut videtur obiectum per essenciam Sed quecumque alia cognicio preter

illa sine per illustracionem specierum similitudinis sicut est dictum sine per influxionem veram specierum imaginalium et in hoc imaginaria quae in specie sive in speciem intellectibilium et in visione intellectuali que contemplacio dicitur / omnes isti in contemplacionis modi et cognicionis qualescumque sint citra raptum ad divinam essentiam designantur per stellam lucentem in oriente cum deus per essenciam videtur / Unde gens etiam iudeorum hanc stellam facit pertransire quia iudei non viderunt sponsa ad dicit Cant. 1 Indica michi ubi cubes in meridie Tercia secundum quod processum suum principalis Quantum ad impressionem divini exemplaris practica est vita activa de qua dicitur Exodi 17 Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est Et sciendum quod hec stella pretendebat exemplaritate vita christi in tribus primo quia lucida aspectu erat Unde secundum quod dicit leo papa Specialem in se oculo intuencium rapuit Sic vita christi tota fuit lucida ut ipse ait Io 8 Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris Tercia facile ad sui imitacionem traxit quos voluit Unde ad unum verbum eius dimisit petrus et ceteri apostoli

Sequntur me et secuti sunt eum
immo etiam solus intuitus ipsius
gratissime faciei sibi attraxit
quos voluit Unde Ieronimus
Certe ipse fulgur divinitatis que
occulte que etiam in infantie velu
tabat humana videntes ad
se trahere poterat primo aspectu
Si enim in magnete aut lapide
consistit vis qui ferrum trahunt
quanto magis creator istius
lapidis et omnium creaturarum
ad se poterat trahere quos vo
lebat Unde eius tractum su
avissimum expetens sponsa Can
i Trahe me post te Secundo
fuit rectigrada in incessu
Non enim circulavit ut cetere
stelle sed gradu recto move
batur ab oriente in occidente
ut dictum est supra in postil
lis ut sic magos ad cristum per
duceret Sic cristus in toto de
cursu vite sue gradu recto
ambulavit De solo enim cristo
dicitur illud ps Quoniam rectus
dominus deus et non est iniquitas
in eo Omnes enim alii quantum
cumque magni et perfecti Salvatis
reverentia gloriose virginis in
incessu suo incurvati sunt et
gradum suum obliquaverunt
Unde dicebatur Incurvati sunt
colles mundi i viri excelsi ab
itineribus eternitatis eius i
ab itineribus quibus itur ad
eternitatem Ysaie lx Venite
eorum incurvati sunt ad re
ctificandum quod iter nimis recte
in itinere prius vite nos precessit

Sicut hec stella precedebat ma
gos ac si diceret Io 13 Exemplum de
di vobis ut quemadmodum
ego feci ita et vos faciatis
Ephe v Estote imitatores
dei sicut filii karissimi Quia ut
dicit beatus Augustinus in de vera re
ligione tota vita cristi in terris
per hominem quem gessit disci
plina fuit morum quam imi
tandus est sicut regula vita
regens nos in via discipline
Tercio hec stella fuit elevata
in situ fuit enim elevata a terra
nec tamen in celo fixa Sic vi
ta cristi fuit quasi elevata ab
affectionibus terrenis Unde
ipse dixit Jo 8 Ego non sum
de hoc mundo quod odit me mun
dus Et licet secundum divinitatem
semper fuit infinitum pirus in
terris fuit sed tunc eius huma
nitatem eius conversatio fuit
super terram baruch 3 Postea in terris
visus est et cum hominibus
conversatus est corpore quidem
mente autem in celo et sic ad
quedammodo se fuit quasi inter
celum et terram Quia ista
stella fuit in medio et in medio
modo se habuit inter celum et
terram quia in ea quam etc
Incrementis etiam figura elevari
voluit in ea tempore sue passionis
ut videlicet eius vitam abstraheret
ut celeste cognosceremus Unde
ipse dicebat Jo viii Cum ex
altaveritis filium hominis tunc
cognoscetis quia ego sum

Expressisse eum datur triplex do
cumentum anime obligene quo
debet hanc stellam in sua vita
imitari Primum quod vita sua
sit lucida perfectorum operum
illuminatorum Math. 5 Sic luceat
lux vestra coram hominibus Et
philippenses 2 Inter quos lucetis sicut
luminaria in mundo Et Beda
Qui timet spectatores non habebit
imitatores Secundum quod sit
recta per sinceram affectionem un
de sanctis animalibus perfectorum
cuius ita sectantibus dicitur Ezech.
1 pedes eorum pedes recti
Super quo dicit Grego. pedes
eorum id est affectiones eorum iste
recte sunt quando non ad sequen
dam iniquitatem sunt retorte
Hii pedes non sunt recti qui
ad mala mundi que relinque
runt reflectuntur Tercium
quod sit elevatum per celestem
conversationem conversatio ut dicit
beatus apostolus philippenses 3 Que
sursum sunt sapite non que
super terram Et adverte quod nota
ter hec stella in oriente visa est
et duxit eos in meridiem
in oriente et duxerunt et consti
tutus est paradisus in quo sic
tandem vita animarum Unde
illa que erant prescitatura
temperande vite et in qua
figurabatur exemplar nostre
spiritualis vite unde emoriunt
ut unde mors oriebatur inde
vita resurgeret Unde ipse sal
vator oriens est interpretatus

Zach. 6 Ecce vir oriens nomen
eius propter quod etiam causa om
nis adorientem Circa secund
principale quod est totius mentis
in deum conversio animosa Et
notatur in eo quod subditur
Et venimus stellam adorare
dominum et est sermo spiritualis et
Venimus adorare eum
Sicut dicit Grego. 27
libro Moral. bene scri
pture sacre scriptura testantes re
ges dicuntur quia cunctis mo
tibus carnis non consentien
do ~~sanctorum~~ succumbunt et bene
regendo preesse noverunt Unde
secundum Isidorum 8 de summo
bono reges a recte regendo vo
cati sunt Recte ille reges voca
tur qui tam seipsos quam subdi
tos regendo bene unificare
noverunt Et quia tres sunt prin
cipes obligene ut patet ex simpli
cioribus Ideo congrue obvium
oppositum in eorum persona di
propter quod sciendum quod in mente
rationali sunt tres vires prin
cipales tamquam tres reges
toti regno anime principantes
quod deum in ipsa mente
adorare non cessant ut vere
dicere possint quelibet mens
obligena Venimus adorare
eum Ad tunc evidenciam est
advertendum quod tres sunt ac
tus religionis sive latrie scilicet
adoracionem concurrunt scilicet
devocio adoracio et veneracio
Que tria sic distinguuntur
Nam devocio est actus interior
quo se homo totaliter deponet

deo Unde dicta est devotio a de
vovendo appetitum sed ad volun
tatem pertinet ad cuius Oratio
vero ultra hoc importat as
sensum intellectus ad dictus Dam
libro 3 c 9 Et pertinet ad potentiam
intellectivam Dicitur autem oratio
secundum Cassiodorum quasi oris
ratio Sed veneratio ultra im
portat enim exhibitionem reve
rentie exteriorem puta corporis
humilitate ut est prostratio
genuflexio vel inclinatio aut
rerum naturalium temporalium
oblatio Et pertinet ad potentiam mo
tivam inquantum scilicet
homo meminerit sue infirmi
tatis Ita quod pro nichilo repu
tat se coram deo subiciens
se deo et sua Unde dicit Damascenus
libro 9 c 9 Cum namque duplicis
nature compositi simus intel
lectualis et sensibilis deo du
plicem orationem deo offerre de
bemus scilicet spiritualem que con
sistit in exteriori corporis humi
liatione recognoscentes nos
nichil esse nec habere aliquid nisi
a deo Et istum actum representa
verunt magi de quibus legitur
in evangelio quod procidentes ado
raverunt eum Procedere autem tres
persone quasi tres reges in mente
obigena cognoverunt et ad
adorandum Ebrum et quelibet
earum adorando offert munus
appositum De actibus religionis
predictis Voluntas adorat offeren
do aurum devotionis quia
mens divine voluntati totaliter

conformatur Intelligentia ado
rat offerendo thus orationis quod
mens ad deum sursum agitur
et elevatur Memoria ado
rat offerendo mirram venera
tionis quia totus homo cum
omnibus speciebus creaturis deo
omnimode subiugatur Primus
igitur rex in regno anime est
voluntas que preciosior omnibus aliis
imperat et preciosior cum sit potentia
maxime libera hec prius ac
cedens adorando offert verbo
aurum devotionis quia mens
divine voti totaliter conformatur
et est primus actus religionis
conveniens ad adorationem et bene
per aurum devotio significatur
Aurum enim inter omnia metalla
optime est ductile ad vo
luntatem artificis Causa enim
est ductibilitatis quod intimum eius
dem et maleum sine corrup
tione partium intimissimas la
minas dilatatur et tanto plus
quanto magis depuratum sunt
amplius Sic mens devotione
affecta optime ductibilis est
ad omne divinum beneplacitum
in tanto fortius quanto divine
dilectionis igne est accensa
fervencius Unde dicit Hugo
Devotio est quidam fervor bone
voluntatis facile transformatur
Huiusmodi figura preceptum fuit
in lege ut propiciatorium
fieret de auro purissimo duo
cherubim de auro se respici
entes continet latere oraclo

dicatur autem propiciatorium thabula
que ponebatur super archam
que ideo dicebatur oraculum
quia inde dominus dabat respon
sum Exodi 27 Per archam
intelligitur mens deiugena
in qua reconditum est deum
eternum thus substancie et diui
nitate anima et corpore que si
gnantur per manna et tha
bulam testamenti et legem que
ad literam fuerunt in archa per
propiciatorium archam coopi
ens intelligitur caritas que
operit multitudinem peccatorum
Petri 4 licet enim talis anima ut po
te tam perfecta sit ut iam sit
deiugena non tamen gratia pec
catrix quia tamen adhuc est
in mutabilitate potentis per mise
rie subiecta necesse est eam tra
here defectibilitatem saltem le
uium peccatorum quemcumque enim
mortalium dicit se peccatum non
habere seipsum seducit Johannis 1 Has
autem defectibilitates habet te
gere caritas admodum pro
piciatorii tegentis archam que
etiam archa ideo propiciatorium
dicitur quia reddit dominum homi
propicium sed huiusmodi propiciatorium
est exaurio purissimo et incorrupti
quia caritas siue dilectio dei
habet sibi coniunctam deuocionem
qua mens sit ad omne diuinum
beneplacitum et tanto amplius
quanto amor deuotionis sit purior
et ardentius affectionibus imper
mixtus Per duos autem che
rubim aureos intelligitur duplex

meditacio que deuocionem inducit
una quidem que est ex parte diuine
voluntatis et beneficiorum
eius secundum illud Michi
adherere deo bonum est ponere
in domino deo spem meam Et
hec consideracio excitat dile
ctionem proximi que est pro
xima dilectionis deuocionis
causa Alia vero est ex parte
hominis considerantis suos de
fectus ex quibus indiget ut
deo inmitatur iuxta illud psalmi
Leuaui oculos meos in montes
71 Machabeorum 3 Quomodo poterimus
consistere ante faciem illorum nisi
tu adiuues nos Et hec con
sideracio excludit presumpcionem
et superbiam confidencie per quam
aliquis impeditur ne in se fidu
ciam ponit ut se totum sibi su
biciat dominum valet propter volu
ntati innititur De istorum vero
duorum cherubim mutuo sese
respicientium super propiciatorium
et coniunctim meditacionem predictam
mente in dei dilectione ad
deuocionem excitante loquitur
dominus fideli anime per me
tales instinctus dando vel sibi
responsa siue salutis et conso
lacionis mente et extunc anima
tota liquescit et resoluitur in
uniformitate voluntatis di
uine sicud aurum quod prius
male tumissionibus fuit ducti
bile si igni imponitur fit totum
liquidum et fusibile et talis
fuit illa deuota anima que

d Cant. anima mea lique
facta est. Vbi quo verbo d[icit]
aug[ustinus] dulce consolacionis ut
audis felicissimus effectus est li-
quefactio liquefit quippe anima di-
lecti voce effluit ut sponsum in
ea [irritat?] quo corpus solid-
itates motus omnes impetus
[?] [?] siquidem [?]
[?] male concupiscencie [?]
[?] est [?] hec [?]
gl. Secundus [?] est intelli-
gencia que altior posita est et
voti vicinior in regno anima
hec ardens anima [?] effectus
adorat thus oracionis quia mens
ad deum sursum agitur et ele-
vatur et est secundus actus
religionis ad oracionem concitens
Et convenienter oracio designa-
tur thure thus enim in decorum
sacrificiis adoletur vnde dicitur
thus a theos quod est deus [?]
quia oracio ad modum thuris
incensi ascendit in deum [?]
illud ps. Dirigatur ad te domine
oracio mea sicut incensum in con-
spectu tuo Vnde oracio dicitur
ascensus in deum mentis Et hec
[?] quomodo excepte eius
que petitur quia hoc precipue
in oracione est petendum ut
deo vniatur secundum illud
ps. Vnam petii a domino hanc
requiram [?] tunc est quod in
oracione dominica post primam
peticionem qua petimus gloriam
dei dicentes Sanctificetur
nomen tuum statim petimus
deo uniri dicentes Adveniat
regnum tuum Vnde dicitur

de di. no. c. 2. Ante omnia in ora-
tione nequaquam ab oracione inci-
pere est vtile sicut deo nos ip-
sos in oracione tradentes et vni-
entes excepte ipsius potentis
quia oportet excedere ad eum a quo
petit vel voce sicut homo ab
homine aliquid petitur vel men-
te sicut ad deum vnde dicit
dionisius Item quando eum omni-
bus invocamus tunc in reve-
lata mente nos ipsi assumimus
Qualiter autem mens in oracione
ad deum ascendet docet modus
ibidem dionisius imagina-
cionem quidam radii diuinorum
bonorum ad nos per quos ra-
dios quasi per quosdam fu-
nes [trahimur?] ad deum
velati imaginari possimus
de huius ascensu mentis ad
modum thuris ascendentis
vide modum thuris Thus
enim primo positum in igne cale-
fit deinde calefactum dissolvitur
dissolutum eius fumus eleva-
tur sursum elevatum dilatatur
vel [?] dilatatum acui-
tur [?] acutum evane-
scit quia non plus apparet
A [?] hoc qualiquis efficat-
iter [?] requiritur quod ardeat
ignis [?] dilectionis quo
fit ut mens religetur ne
vanis evagacionibus in oracione
sit distracta Prima sicut Io.
Cass. in 10 collacionum Et nunquam
[?] quisquis eciam flexis
genibus evagacione cordis

qualitumque distrahimur et ideo
quales orantes volumus inve-
niri tales nos oportet esse an-
te tempus orationis. Expedientem
statum mentis in oratione forma(re).
Et ideo quidquid volumus ut
nobis orantibus non subrepat
ante orationem de nostro pectore de-
bemus evellere. hec ille. Secundo
requiritur ut mens dissolvatur in
lacrimis compunctionis. Unde
sicut dicit Gregorius i l moralium
Cum uberius culpa defletur eo
altius cognitio veritatis attin-
gitur quia ad videndum lu-
men intimum polluta dudum
conscientia lacrimis renovatur.
Tercio requiritur ut elevetur
sursum per mentis ad cele-
stia erectionem. Coll. 3. Que sur-
sum sunt querite non que su-
per terram. Unde Io. Cass. ubi supra
Si volumus orationes nostras
non solum celos sed etiam supra
celestia penetrare curemus
ut mens nostra ab omnibus terrenis
et carnalibus de[illegible] pstant
nostra oratio ad deum possit
ascendere nullo vitiorum pondere
pregravata. Quarto requiritur
ut mens dilatetur considerando
multis super celestibus choris
meditando scilicet de bonitate dei
et gloria beatorum. De hoc ait
apostolus Cor. 6. Dilatatum est cor
nostrum. Et in ps. Viam man-
datorum tuorum cucurri
cum dilatasti cor meum. Quin-
to requiritur ut mens acue(tur)
sursum celum ad deum per

gratiarum actionem et tocius boni a deo
percepti in ipsum refundendo.
Sic facit apostolus cum dixit
Cor. 3. plus me aut nichil
laboravi omnibus meis gratia
dei sum id quod sum. Sexto quando
mens sic fuit attenta sic di-
ssoluta sic elevata sic dila-
ta sic acuata extunc quan-
doque evanescit per sumptis
et omnium sensibilium oblivionem
etiam sui ipsius ordinis inqua-
tum constat. Unde Io. Cass.
ubi supra dicit de beato An-
thonio quod cum quadam nocte
beatus Anthonius orationi
incumbens perseverasset et sol ori-
ri cepisset Anthonius in fer-
vore spiritus exclamavit
dicens Quid me impedis
sol qui ad hoc iam oriris ut
me ab huius luminis vel
claritate abstrahas. [illegible]
fideli anima sit admodum
thuris ascendente. Dicit Can.
3. Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula
fumi ex aromatibus mirre
et thuris. Tercius actus est
memoria que surgens ad de-
um [illegible] offendo ei mira-
satis veneracionis qua totaliter
omnibus speciebus creaturis deo
omnimode subiugatur et est
tunc religiosius intelligitur
sine intellectu omnia que deo
exhibentur corporali humilia(tione) [illegible]

et rerum temporalium oblatione per quem reputatur omnimoda subiectio totius hominis quantum ad omnes vires hominis et quantum etiam ad ea que quibus vita hominis innititur et confirmatur. Immo etiam quantum ad omnes creaturas quas omnes homo subiecit deo per actum venerationis quantum in se est. et hoc spectat ad officium memorie in qua omnes species omnium continentur. Unde in actu venerationis et memorie se et omnem creaturam ut potest in eo recondita deo et laudem deo subicit secundum quod illud psalmi: Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Et illud proprie pertinet ad pauperes spiritu; vocatur enim paupertas spiritus est quod homo se et omnem creaturam propter deum relinquat et ea deo offerat, quod signatum est apocalipsis 7: Et quatuor animalia et quatuor seniores ceciderunt in facies suas mittentes coronas suas ante thronum domini dei sui. Quid enim aliud est cadere in facies et coronas ante thronum dei mittere quam se perfecte totum et omne quod habere videtur deo totaliter submittere et ei. Et tale offertorium communiter signatur per mirram que habet virtutem consumendi vi-

tiosos humores ad putrifactionem disponentes in corpore. Unde carnem superfluam corrodit et corpora mortuorum confirmat. Sic hec facta veneratio omnem appetitum inordinatum in homine consumit, omnem fluxum carnalis concupiscentie corrodit et velud insensibilem et quasi mortuum hominem mundo reddit et omnibus creaturis confirmat. Et hoc signatum est in illa muliere que patiebatur fluxum sanguinis, que mox ut tetigit fimbriam vestimenti eius sanata est. Sic anima fidelis cum per actum venerationis deo se submisit omnis fluxus carnalis delectationis in ea restringitur et desiccatur. Et est advertendum quod secundum Ysidorum libro Ethimologiarum c. 11 mirra est gummi quod fluit de arbore que mirra dicitur et crescit in silvis arabie [illegible] ramum inciduntur binis temporibus anni ut gummi emanet. [illegible] sponte sudaverit antequam incidatur et [illegible] gutta que sudando fluit stacten dicitur et hec omnibus [illegible] mirre prestantior est et dicitur prima a quibusdam etiam mirra electa nuncupatur; alia vero que inciditur vilior nuncupatur. Sic isti pauperes spiritu deo se et omnia per venerationem subicientes sunt

in duplici gradu quidam per
mansionem volunt in viti ad
paupertate devenerunt et tamen
cum paciencia deo se totum
subicient et hij quidem commen
dabiles sunt qui sponte paup
tatem eciam assumunt deo of
ferendo ipsa voluntate nec solum
res temporales sed omnem volup
tatem possibilem habere in carne
quam mortificant immo etiam
ipsam mentem et omnem spem
creatam deo omnimode subiciunt
dicentes cum propheta volun
tarie sacrificabo tibi et consit
et hec mirra electa de qua
in ps dicitur Cant 7 labia illius
distillancia mirram primam ubi
secundum glozam per mirram
primam contempta voluptatum
intelligitur de qua mirra dicitur
Eccli 24 Quasi mirra electa
dedi suavitatem odoris Tales
enim mentes adeo electe tanto
odore virtutum et bonarum [illegible]
[illegible] fragrat quod in omni ac
cessu et in omni actu et in ope
ribus omni loco et tempore spirant
odorem sancte [illegible] Secundum
dicit apostolus 2 Cor [illegible] bonus
odor sumus in omni loco [illegible]
odoris fragrancia delectatus
ipse deus potest dicere illud Gen
27 Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni cui benedixit
dominus etc

Cum factus esset Ihesus
annorum duode
cim ascendentibus
illis Jerosolimam secundum con
suetudinem diei festi Consumma
tisque diebus cum redirent
remansit puer Ihesus in Jerusalem
et non cognoverunt parentes
eius existimantes illum esse
in comitatu venerunt iter diei et
requirebant eum inter cogna
tos et notos et non invenientes regressi
sunt in Jerusalem requirentes eum
Sepe demonstratur in pue
ricia qualis quis futurus
sit in etate adulta iuxta
illud vulgare [illegible] se [illegible]
quod in [illegible] crescere debet Unde
dicitur proverbiorum 20 Ex studijs
suis intelligitur puer si munda
et recta sint opera eius Utile
valde est cuilibet invenien
te conari ad bonos mores ut
illos habeat in senectute Omnia
ut dicitur Eccli 25 Que in iuven
te non congregasti in senectute
quomodo invenies Sic sal
vator noster iam declarabat
in etate puerili actus devocio
nis et sapiencie quos per [illegible]
in etate sua matura exercere non
cessavit Unde cum adhuc
puer esset ignorante matre
remansit in templo insistens
exercitacioni sapiencie et doctrine
et de hoc est presens ewangelium
quod habet tres partes primo [illegible]
in prima describitur pueri Ihesu
amissio que fuit materia

doloris et anxietatis In secunda
describitur amissi recuperatio
que fuit materia stuporis et
admirationis Ibi et factum est post
triduum In tertia ponitur recu-
perati ad propria deductio que fuit
materia amoris et magne
voluntatis et humilitatis ibi
et descendit cum eis In prima
parte ponuntur tria primo
ponitur amissionis tempus
quia in pascha Secundo a-
missionis locus quia in ierusalem
Tertio amissionis modus quia
ignorantes Ibi Et non cogno-
verunt parentes eius
Circa tempus amissionis tangun-
tur tria primo quod erat annorum
duodecim Ubi nota quod quinque
tempora distinguuntur et leguntur
de christo primo quod legitur esse
unius diei quando scilicet de virgine
natus fuit luce 2 Natus est
nobis hodie salvator Secundo
legitur esse octo dierum quando
scilicet fuit circumcisus luce 2 postquam
consummati sunt dies octo 3o
legitur 40 dierum quando
scilicet fuit in templo presentatus
luce 2 Quarto legitur fuisse
12 annorum sicut hic Quinto
legitur fuisse 30 annorum
quando scilicet fuit a Iohanne bapti-
zatus luce 3 Ipse enim erat inci-
piens quasi annorum 30 Se-
cundum autem ... quod tunc numerum
duodenarium dominus consecravit
et ad ... eum specialiter honorat

meo quod in ipsa suam sapientiam
manifestare cepit Vel secundum
Bedam hic numerus est maxime
perfectionis et utilitatis ut patet
quia continet duos denarios
qui est primus numerus constans
ex suis partibus Item eius uti-
litatis patet ex ductu per sep-
tenarium qui est numerus totius u-
niversitatis eo quod totum tempus
septem diebus comprehenditur
Aliud quatuor et tria que
si ducantur invicem numerum
duodenarium perficiunt Secundo
quod circa tempus amissionis tan-
gitur est quia erat in festo pa-
sche unde dicitur Ascenden-
tibus illis ierusalem secundum
consuetudinem diei festi scilicet pa-
sche Nota quod legales fe-
stivitates iudeorum que erant
communes quedam annuarie Co-
munes erant duo scilicet sabbatum
quo vacabant ab opere unde eo
quod illo die dominus requievit ab
omni opere quod patrarat Alia
est neomenia in principio scilicet nove
lune ad laudem creatoris quia tunc
erat qui creavit omnia tempora
Annuarie vero erant quinque scilicet
festum pasche quod celebratur
14 die mensis primi scilicet aprilis
et erat tunc festivitas in memo-
ria liberationis ab egipto Secunda
erat festivitas penthecosten
que celebratur mense secundo
scilicet in maio quinquagesima
die a pascha eo quod tunc data

sunt lex Iudeis in monte Synai
a domino. Tercia festivitas fuit
tubarum et clangorum que
erat prima die mensis septembris
Tunc enim buccinabant cornibus
pecorum in memoriam quod ea
dem fuit Ysaac liberatus ab ymmo
lacione pro quo pecore substituto
pro eo. Quarta festivitas fuit
propiciacionis et celebratur de
cima die mensis septembris
quia eadem die venie ad eos
monses recepit dei ira placa
tam de offensa consolacionis
vituli quem adoraverant. Quinta
est schenophegia i. festum tha
bernaculorum in memoriam quod
patres eorum quadraginta an
nis in deserto erant sub umbra
culis habitantes. Inter has quinque
festivitates solempnitates i. pasche
et penthecoste et schenophegie erant
solempniores de quibus scribitur
capitulum erat de utroque 23 Tri
bus enim vicibus celebrabitis
per singulos annos et proten
debatur vii diebus. Et sicut
dicitur De vero in his tribus
tribus festivitatibus omnis ma
sculinus ascendebat coram domino
appareat quia tunc temporis
erat ocio vacandi causa cessa
bant ne venirent in Ierusalem
in schenophegia et penthecco
sten sed de festo pasche nemo
se excusare potuit infirmitatis
causa Et hec est illa festivi
tas de qua Lucas ait Puer

ewangelium nunc etc. premisit
dicens et ibant parentes per
medios annos in Ierusalem in die
solempni pasche. Et nota quod
ista lege mulieres non erant con
stricte sed tamen quod devocione ve
niebant plurime ut patet de
Anna 1 Regum. Ihesus et bea
ta virgo ascendit simul nolens prie
rum sine causa dimittere maxi
me quam diu regnavit Arche
laus sed post absque timore ascen
dit ut dicit beatus Hugo de
concordia ewangeliorum dicit
autem Ascendentibus autem ad
Ierusalem ascenditur in Ierusalem quia
Galilea in plano Ierusalem
autem in monte. Illis autem paren
tibus s. maria et Ioseph eun
tibus in Ierusalem que est civitas
de qua dicitur Deuteronomii 30 Ad lo
cum quem elegit dominus de cunctis
tribubus vestris venietis et of
feretis in holocausta et vic
timas vestras. Secundum consuetu
dinem diei festi i. prout conve
niebant in die festo. Moralis
hic instruimur quod specialiter in di
ebus festivis quilibet Christianus
debet ire ad locum quem ele
git dominus i. ad ecclesiam non ad
thabernam vel theatrum dum
quod vacare divinis laudibus
et non choreis et vanitatibus
et debet insistere elemosinis non
usuris vel spoliis. Debet va
care bonis operibus non comes
sacionibus et ebrietatibus Ad

De hiis qui secus faciunt dicit
dominus Ysaie i Solempnita
tes vestras et neomenias vestras
odivit anima mea Consummatis
que diebus cum redirent Tercio
quod tangitur circa tempus ami
ssionis est quod solempnitas
festi septem diebus protende
batur cum redirent in naza
reth civitatem suam Moraliter
ex hiis tribus que hic circa tempus
amissionis pueri ihesus impli
cantur colligere possumus tria
requisita in quolibet homine
qui voluit semetipsum pro Christo
amittere perdendo scilicet animam
suam in hoc mundo propter mundi
contemptum exemplo Christi se
metipsum amittentis Primo re
quiritur in fidei fundamentis so
liditas quod innuitur in hoc
quod Christus erat duodecim an
norum per quos duodecim
articulos possumus intelligere
secundum Ambrosium propter
scrutantes et alii philosophi contemp
serunt mundum et finaliter quae
dam philosophi qui non habebant fidei
fundamentum sine qua impos
sibile est placere domino deo
ad hebreos xi Secundo requiritur
quod sit a fabulosis desideriis
feriatus quod innuitur quod erat
in festo statu similis in phase
quo transeundum est a viciis
ad virtutes propter quod unde dicitur
Jo Cass quod prodest ociosus ho
minis vacatio interiori ho
mine ad hoc in viciosis deside
riis involuto Tercio requiritur

quod in virtutum exercicio consumma
tus quod innuitur per hoc
quod consummatis diebus octo
quod est contra illos qui sine pre
paracione virtutum ad apicem
perfectionis festinat sicut ille
qui querebat a Christo Math xxii
Magister quod est mandatum ma
gnum in lege ubi dicit Crisostomus
de magno mandato interrogat
qui minimum nondum adimplet
Unde Jo Cass dicit Quod est
valde periculosum apprehendere sta
tum perfectionis quod est vita he
remitica et huiusmodi absque vir
tutum exercicio Secundo ponitur
amissionis locus quia in
Jerusalem cum dicitur Remansit pu
er in Jerusalem Dictus est autem puer
ihesus cum propter naturam assum
ptam etatem scilicet puericiam cum
propter puritatem et innocenciam
cum propter simplicitatem et obe
dienciam cum propter placabilita
tem et benivolenciam pueri
enim odium non possident et
bene locus ille scilicet Jerusalem conveni
ebat pueris ad manendum
De eo enim scriptum est In pace
factus est locus eius quia Jerusalem
interpretatur visio pacis Tercio
ponitur amissionis modus et
ignorancia parentibus cum
dicit Et non cognoverunt pa
rentes eius Ubi tanguntur
circa primo tangitur parentum
ignorancia Secundo subditur
parentum ignorancie causa Ubi

existimantes illum esse. Tercio
amicti ignorancie modus quia
venerunt iter diei et non cogno-
verunt scilicet quod in urbe remansisset
parentes eius scilicet maria et ioseph
pater eius putativus. Contin-
go quo hoc potuit esse quod non
cognoverunt de absencia pueri
mater et ioseph quem tam solli-
cita et diligenti cura custodi-
ebant. Ad quod dicit beda quod
mos fuit in [illegible] ad
festa et in redeundo viros seor-
sum et mulieres seorsum incede-
re coram [illegible] societate in-
honesta contingeret. Puer autem
utroque poterat ire. Pater autem
potuit quod [illegible] putaret eum esse
cum ioseph et econtra ioseph
estimabat puerum esse cum
matre. Et hoc est quod dicitur
hic existimantes illum esse
in comitatu virorum et io-
seph in comitatu mulierum pu-
tavit. Sed hoc dicendo adhuc
reprehensibiles relinquuntur negli-
gencia parentes quod [illegible] super
alium sic [illegible]. Et ideo
dicit [illegible] non casu ac-
cidit sed dispensatione pueri
[illegible] sic
facere voluit. Unde [illegible] quod
insidiabantur sibi [illegible]
est [illegible]
[illegible] sic et nunc parentes [illegible]
[illegible] puerum illum et parentes
eius ubi mansit [illegible]
Sed tunc [illegible]
[illegible] parentibus [illegible]
voluit in urbe et non [illegible]

desatu coram. Dicendum quod
ad hoc possunt assignari qua-
tuor raciones. Prima ne parentes
impedimenta essent disputacio-
nis peragende cum legisperitis.
Si enim parentes fuissent, cum
romane utique prohibuisset
et tunc si obedisset disputa-
cio impedita fuisset. Si vero
non obedisset visus fuisset
parentes contempnere. Secreto er-
go mansit ne traheretur a
disputacione aut ne obedi-
ens esset. Secunda questio
dum omnibus esset ignotus
in [illegible] sue sapie-
ncie auditorum animos ma-
gis suspenderet in ammiracione.
Io. vii. Mirabantur omnes de
hiis que procedebant de o-
re ei et dicebant quomodo hic
litteras scit. Tercia ut ostenderet
parentum ammonicio dispensato-
re et non condigencia [illegible]
[illegible]. Cum sine illis vivere
poterat. Ps. Dixi domino deus
meus es tu quoniam bonorum
meorum non indiges. Quarta
secundum glosam ut ostenderet
antequam parentes eius essent
ipse in civitate et in templo
quamvis [illegible] patris sederet. Quar-
ta ratio est moralis ut [illegible]
daret formam pueris intrantibus
religionem quod hoc facere [illegible]
[illegible] parentibus. Unde de-
ut. 33. Qui dixit patri suo
[illegible] nescio vos et
fratribus suis ignoravit illos et

nesciverunt filios suos custodie-
runt eloquium tuum Damme-
nus non solum ignorantibus
sed invitis parentibus debent
ad religionem domine et ad divinum
cultum confugere Unde Jeronimus
in epistola ad Heliodorum Si
sublimine domus pater et mater
se iactant pro[illegible] prebeant quod pro
calcatum pergere patrem per cal-
catam pergere matrem et ad ve-
xillum crucis evola Summum
genus pietatis est in hunc cru-
delem esse Unde Matth. x
Qui amat patrem et matrem
plusquam me non est me di-
gnus Et quia sic estimabant
ut dictum est venerunt iter di-
ei i. una dieta [illegible] ab hac
aut confirmatione quod esset in
comitatu virorum vel femi-
narum de sexo suo facti sunt
cum velut illum esse invenerunt
Tunc subditum eorum requisierunt
et hec dupliciter quia primo re-
quirebant eum inter cognatos
et notos quia sicut sunt in utroque
comitatu Et hec sunt secundo
sequenti die per circuitum de Ie-
rusalem et non invenientes
eum Deinde regressi sunt in
urbem requirentes eum ibidem di-
ligenter [illegible] diligenter recogitan-
te quantis doloribus et anxietati-
bus tunc beate marie virginis [illegible]
fatigatum sunt que suspiria que
lamenta quas anxietates per-
tulit cum quesitum filium non
invenit Unde ipsa infra dicit
dolentes querebamus te Iam

exprimi potest qualis esset iste
dolor enim de quo ei predixerat
Symeon Luce 2 Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius
Nesciebat virgo quid agere debe-
bat quia thezaurum sibi pre-
commissum adeo perdiderat Unde
lamentabiliter potest dicere illud
Genesis puer non comparet
et ego quo ibo puto quod
cum dolore labore multo et la-
crimis plurimis itinerum vero
iterato redit urbem et apparate
potest dicere illud Cant. 3 Que-
sivi quem diligit anima mea
quesivi et non inveni Sed inter
cognatos et notos Surgam
ergo eundo de loco ad locum
et circuibo civitatem per vicos
et plateas et queram quem
diligit anima mea Ubi etiam
est advertendum mater quia
dolorem habere debeat qui Christum
per peccatum amisit Notandum
quod Christus non invenitur inter
Iudeos qui sunt cognati eius
carnis et sanguinis inter quos
etiam erat [illegible] primus
notus in Iudea deus et in
Israel nomen eius Sed inve-
nitur inter [illegible] qui non
sunt cognati eius sanguine
sed adoptione Io. 1 [illegible]
[illegible] non co-
[illegible] Non inve-
nitur inter cognatos et no-
tos qui non habet noticiam
eius nisi per carnalem et
humanum sensum Unde

Cum petrus dixisset Tu es
christus filius dei vivi Respondit
Beatus es symon bariona
quia caro et sanguis non reve
lavit tibi sed pater meus qui
est in celis Unde secundum
Augustinum Non statim ut querunt
inveniunt christum Reges enim po
tentes humana cogitatione dei filium
querunt Non invenit inter
notos quia maior est noticia
inicia in multorum comitatu
potest inveniri nullomodo quia
in multiplicitate mundanorum
Sed in [?] ubi est templum
dei invenitur Item nec cog
noscunt eum qui de noticia re
rum extolluntur scilicet genti
les et iudei [?] Unde Mat
12 Abscondisti hec a sapienti
bus et prudentibus et reve
lasti ea parvulis Item allego
rice non invenitur christus in
regno mundi ab hiis qui
sunt carni et sanguini quia
caro et sanguis regnum non po
ssidebunt i Cor 17 Nec ocia
dei sine noticia dei sine opi
bus bonis luc 17 Ne dicet
illis Nescio vos discedite a
me omnes qui operamini iniquitatem

Et factum est post
triduum invenerunt
eum in templo se
dentem in medio doctorum
audientem illos et interrogantem
stupebant autem omnes qui eum
audiebant super prudentia

et responsis eius et videntes
admirati sunt Et dixit mater
eius ad illum fili quid fecisti
nobis sic ego et pater tuus
dolentes querebamus te Et ait
ad illos quid est quod me quere
batis Nesciebatis quia in hiis
que patris mei sunt oportet
me esse Et ipsi non intelle
xerunt verbum quod locutus
est ad illos Amen per [?]

Secunda pars in qua
describitur amissi pueri
reinventio que fuit
materia stuporis et alacritatis
Et ponuntur tria Primo pueri
inventio Secundo ponitur
matris pia conquestio Ibi et
dixit mater eius Tercio po
filii dulcis et prudens respon
sio Et ait ad illos quid est
Circa primum scilicet inventionem
pueri tanguntur quatuor circum
stantie Primo tangitur inven
tionis tempus Ibi et factum
est post Glosa uno die reversi
sunt a ierusalem quesierunt inter co
gnatos et notos Secundo
die regressi sunt in ierusalem nec
statim invenerunt ipsum sed post
triduum intrantes templum
invenerunt ipsum Et per dicit
quod tria die enim invenit quia
prima die de loco venientes
ad hospicium eum querentes
perierunt Increstino similiter
inter cognatos et notos et
non invenientes eadem die
regressi sunt vel facientes

sic parte vie et sic mane tercia
die venit in ierusalem et mox intrantes
templum invenerunt
ipsum Et hunc dies videtur magis
concordare Sed ad prius dictum
videtur accedere textus qui
dicit Sed post triduum Mystice
secundum Ambrosium Christus
invenitur post triduum triumphalis
passionis in templo celestis
glorie sedens invenitur
vel mystice mens racionalis que
verbum dei concepit et peperit
secundum supra dicta Nam
inquiam ipsum amittit per suam
negligentiam vel desidiam et
tunc statim eum non invenit
sed post tres dies per quos intelliguntur
tres illuminaciones
divinas Prima est peccatorum
recognicio Secunda de ipsis
peccatis contricio Tercia desiderio
vivum ad deum attencio et tunc
sequitur singularis gracie infusio
Et hoc quarto die invenitur
filium eius in templo et hec
Reg 19 ubi dicitur quod helia
stante in monte ut inveniret
dominum ecce spiritus grandis et
fortis subvertens montes et
conterens petras per hunc
spiritum intelligi potest peccatorum
contricio in amaritudine sua
spiritus subvertens montes superbie
et conterens petras illi nec
sed non in spiritu dominus Deinde
hunc spiritum sequitur commocio
per quam intelligitur vehemens
contricio et compunctio

qua omnes vires et sensus commoventur
scilicet oculi ad fletum os
ad confessionem manus ad pectoris
tunsionem et corporis flagellacionem
et sic de aliis sed non
in commocione dominus et post commocionem
ignis per quem intelligitur
desiderii attencio
unde psalmista Dolor meus renovatus
est concaluit cor meum
intra me et in meditacione
mea exardescit ignis Sed
nec in igne dominus et sequitur
quod post ignem sibilus aure tenuis
per quem intelligitur dulcissima
inspiracio gracie divine et ibi deus
Unde illa quarta die filium
eius invenitur Nota de ad
beatam quod noluit puer intra se
absentari ne mora mulier longior
mente virginis consumeret
Sed queritur unde puer iste triduo
cibum habuit Ad quod potest dici
uno modo quod divinis sustentatus
cibo non indiguit peccata
sine cibo quadraginta diebus
ieiunavit ut dicitur Mat
Alio modo potest dici quod angelorum
ministerio cibatus fuerit
vel eciam quod doctores cum
quibus disputabat ipsum cibabant
vel quarto potest dici
quod paupertate docuit paupertate
sustentatus fuit Unde
hanc questionem queris ad eo
Bernardus sic eum alloquitur Dic
nunc quis te in medio sustentabat
Et respondit sibimet
dicens ut te in omnibus confor

marcs paupertati quam omnibus ex
ptat pauperibus stipendia per ho
stia mendicans quesisti unde
ipse dicit in ps pauper sum ego
et in laboribus a iuventute mea
Secundo tangitur inventionis lo
cus quia invenerunt illum in
templo in loco utique divino et
devoto in sancto loco locus enim
ad contemplacionem designatus di
cebatur esse templum ps Dominus in tem
plo sancto suo dominus in celo se
des eius Non invenit enim va
gantem per civitatem sicud mali
adolescentuli sed non alibi nisi in
templo [illegible] tedius
[illegible] tangitur qua ipsum invenerit
et non invenit ipsum stantem
aut hoc aut illud leuit dis
currentem ut nos est puerissi
sedentem composite et modeste
in medio doctorum et sic est
verificatum in eo id ps ii vi in
medio [illegible] sede se
[illegible] Nota quod dicitur valde
[illegible]
[illegible] in medio consistit
ut [illegible] voluit enim in
[illegible] eius
[illegible] conveniens
[illegible] et voluit
[illegible]
[illegible]

[illegible] Item vo
luit in medio doctorum inve
niri sicut hic Item in medio
latronum crucifigi Jo 19 Item
in medio mundi salutem opera
ri [illegible] et salutem in me
dio Item in medio discipulorum
videri [illegible] Stetit Ihesus in
medio discipulorum [illegible]
Item in medio [illegible]
[illegible] audi
[illegible] Quarto que [illegible] semp
[illegible] medium [illegible] supra
in [illegible] adiecta
Quarto tangitur quidem
invenit agentem quia audien
tem ubi tria ponit primo
pueri disputacio Et hoc quan
tum ad explicandum statum audi
toris Unde dicit Audientem
illos Et attende ordinem istius
disputacionis primo quis debet
audire Glosa Auditor eius
Et ibidem quod postquam audi
at non respondeat verbum sed
de illo prius dicitur quod prius
audiebat Inquo dat nobis
formam audiendi et addiscendi
Eundem ipse induit formam
discipuli Glosa quam fons in medio
doctorum sedet et quam exe
plar humilitatis prius audit quod
insinuat ne parvuli asciscant
[illegible] et qua
[illegible] sunt po
[illegible] audiant magistros
[illegible] Glosa
[illegible] audi

Nimis tamen contrarium arrogantes
faciunt qui soli loqui volunt
et antequam questio ipsis varia-
nar volunt de quesito vel an-
tequam sententiam interrogatoris
cognoverint. De quibus proverbiis
18 Qui respondet antequam
audiat stultum se esse demon-
strat et confusione dignum
[illegible] quam audierit pt
[illegible] auditus dissilite
[illegible] ideo ad[illegible] quod interrogat
illos [illegible] ta secundum [illegible]
gl quod cristus [illegible] interrogabat
doctores non quia [illegible] eis disce-
ret sed quod interrogatos eru-
diret. Ex uno quippe de doc-
trine fonte emanat et interro-
gare et respondere sapienter
Deinde tamen quis sufficienter
eruditus est conceditur ei
respondere et alios docere et hic
ordo regulariter servatur in
universitate anglicana ubi
oportet studentem pluribus
annis esse auditorem antequam
nam possit opponere. Deinde
datur tunc sibi licentia per
aliquos annos opponendi
et conceditur quidem ei tunc
respondere. Deinde docere. Sed que-
ritur quomodo cristus adhuc
puer sunt ausus in medio docto-
rum loqui cum pueri debent
servare silentium maxime in
presentia seniorum iuxta illud
Eccli 32 Adolescens loquere
vix in causa tua. Et infra
in medio magnatorum non pre-
sumas loqui [illegible]

pueris [illegible] quatuor [illegible] pro
seniorum reverentia quibus
quibus respondendum est convenientia
non solum in opere sed etiam in
verbo Eccli 32 Audi tacens et
pro reverentia accedit tibi bona gratia
Secundo ne inveniatur notatus
de audacia et presumptione. Tertio
ne coram maioribus confundatur
de aliquo verbo prolato inordi-
nate. Quarto quia etiam [illegible]
tis non multa efficacia consi-
derabant. Et propter hoc dicit
Ambrosius in libro de officiis
Ei adolescentie quid officium est sile-
tium et verecundia. Sed de isto
sunt racio specialis quia fuit deus
et homo et ideo utrumque
habuit in actu disputacionis
huius ostendere voluit. Tamen
ut dicit Beda ad ostendendum
quod homo erat homines magistros hu-
militer audiebat. Sed ad proban-
dum quod deus erat eisdem loquen-
tibus subtiliter respondebat. Sed
tamen erudita non dicitur de qua
sit sermo inter doctores et quid
cristus interrogaverit vel quid re-
spondet. [illegible] pt
que sunt [illegible] disputacionis
[illegible] quod sunt
de questionibus [illegible] unde
[illegible] apud paulum
[illegible] proponent
[illegible] sedens de questi-
[illegible] interrogans ma-
[illegible] prudent intro
[illegible] forte intro

[illegible] quidam qui ex lege sentiebant de isto an futurum esset et promisso et quid sibi vellet legalium sacri ficiorum mysterium de immolatione pasce et similibus ut de talibus questionibus legis adiutent ex quo etiam patet ad precedentem questionem quare ipse hanc inter doctores loquebatur quamvis puer quia querebat de lege quod ipsi instituebant et adolescentes in causa sua cum omni reverencia ut loqui inter maiores Secundo ponitur audiencium stupefactio cum dicitur stupebant autem omnes qui audiebant super prudencia et responsis eius Stupebant quidem quia videntes eius infanciam et sic sublime loquentem Sapiencia 8 Iuvenis et acutus inveniebatur Unde Beda divina lingua sapienciam promebat sed infirmitatem humane etatis pretendebat Unde et stupebant super prudencia et responsis [illegible] Audiunt enim [illegible] pendet et [illegible] nota quod [illegible] [illegible]matio [illegible]

[illegible] pariter in admiracionem ducebant scilicet sapiencia quam capiebant postulaverunt in auditu et prudencia quam conquisierant Dicere enim est multis mirabile audire aliquem sapientem Nec est mirum unde proverbium Quod [illegible] dico si [illegible] racione digna [illegible] audire puerum sapientem Unde quilibet audiencium poterat sibi dicere illud psalmi Mirabilis facta est sciencia tua ex me confortata est et non potero ad eam Unde et preterea quidam de isto dicebant Numquid sic locutus est homo Notandum tamen secundum Crisostomum quod nullum miraculum egit dominus in puericia Hoc tamen unum hic prodit per quod mirabilis videbatur Deinde ponitur matris pia conquestio cum dicitur et dixit mater eius ad illum Quid fecisti nobis sic quia non inquid immaculata mater inviolata mater beata mater eius que secundum angelum portavit eum cum omni iocunditate peperit cum summa delectacione imbuit lacte virgineo dulcissimo familiaritate loquitur ipsa non Joseph quia ipsa sibi [illegible] doloris affectus [illegible] matris [illegible] visceribus quod cum lamentis inquisivit [illegible] dolorosa audit et omnia [illegible] et [illegible] [illegible] exprimit

dicens quid fecisti nobis fili sic
q d hec Carissime hoc fecisti ut
nobis nescientibus remaneres
peto fili michi hoc indicare
ut dolor meus ex hac re conce
ptus mitigari valeat Ecce
pater tuus et ego dolentes que
rebamus te Patrem eius fac
ta [illegible] appellat Joseph ut dicit
[illegible] eum propter Judeorum
suspicionem [illegible] propter eius dig
nitatem [illegible] eum ps nomine pa
tris honorauit [illegible] propter genea
logie explicationem Et nota in
qua legimus Joseph dominum
locutum fuisse sed hoc virgini
committebat quia ad ipsam sicut
ad veram matrem pertinebat et
sequitur / dolentes dubitanter
puerum istum perdidisse aut
errasse quem deum et dominum
esse cognouit Unde Origi
nes sicut quando legimus scriptu
ras querimus in eis sensum
cum dolore non propter hoc quod
deum scripture errant / sed veritatem
quam intrinsecus habent querimus
invenire sic sacra virgo et Jose
ph illum estimantes ne forte
relinquens eos rediens esset ad
celum sive ad celos et iterum
descensurus cum sibi placuis
set vel dicere possumus secundum
glosam quod dolebat ne Hero
des perfecisset quod quesi
erat in puero nato Moral
instruimur hic secundum Origi

quod oportet qui querunt illum non
negligenter et dissolute querere sed
multi querunt et non inveni
unt sed cum labore et dolore
Deinde ponitur filii prudens
et dulcis visio Ibi Et ait ad
illos quid est quod me quere
batis non est vox indignantis
sed humiliter se excusantis et mi
steria detegentis Unde ut dicit
glosa vituperant eum que quasi
filium querunt sicut quasi cor
rigendo ubi in ministerio quid sibi sit
verius pro insinuans subdit / ne
sciebatis quod in hiis que patris
mei sunt oportet me esse / q.d.
potius debeo respicere istum
cuius sum eternus filius secundum
naturam divinam quam te cuius
sum filius temporalis secundum naturam
humanam et Joseph cuius tamen
sum filius putatiuus Unde non
debetis mirari si vos dimisi
patrem eternum cui plus teneor
secutus Jo ix Oportet me
operari opera eius qui misit
me in quo datur intelligi quod
pietas ad deum preferenda
pietati respectu parentum Nota
[illegible] quod consuetudo est
quod filii exercent se in hiis
que ad patrem pertinent et
non in hiis que ad matrem Et
Ideo dicit filius dei in hiis
que patris mei sunt oportet
me esse Illa autem que patris
celestis quam ad patrem

sunt illa vz domus templi vel
quod in eius honore facta sint
Unde eius cura et gubernacio ad
christum pertinebat sicut esse ad pa
trem ex hereditate paterna Ioh. 17
Omnia mea tua sunt et omnia
tua mea sunt Sicut eciam ondit
quando eciam eiecit ementes
et vendentes de templo dicens
Nolite facere domum patris mei do
mum negociacionis Unde remansit sic in domo tunc in templo
vel in domo ipsa Item ad eum
pertinet spiritualiter populus iudai
cus ut patet ex veteri testamento
et ipsum christum cognoscendo et in
strumento christum esse oportebat
Math. 15 Non sum missus nisi
ad oves que perierant domus Israel
Item ad eum pertinet doctrina ve
ritatis Unde ipse filius dicit Io
7 Mea doctrina non est mea
sed eius qui misit me Et huic
eum insistere oportebat quia ad
hoc missus erat Isaie 61 Evan
gelizare pauperibus misit me Dominus
Unde [illegible] erga
est christus Item ad eum pertinet
[illegible]

qui adhuc vacatur in hiis que
corpus conferunt et quia homo de
sicit a passione per affectum cogna
torum et propter hec innuit ipsa
clausula Cum ait quid est quod
me querebatis scilicet inter cognatos
Et propter hoc addit Nesciebatis
docet nos non per infima que
[illegible] sed ad superiora debere mentis
oculos attollere Attendendum
glosa quod alibi eum mater compellit quando ad eum dixit Io
2 Vinum non habent ex parte domina
[illegible] hic non mater arguitur
quia ad hec que humana sunt
exigit Cuius racio est quia hic
duodecim annorum christus descri
bitur Ideo mater stupebat in prin
cipio miraculorum in [illegible] Ibi
vero describitur Ideo iure ab eo
exigit miraculum Apostoli quidem per
hoc christus quidam correctus est
hic animi dilatat et amicabiliter
et humiliter se excusavit Ibi autem
invitatus fecerat admiracionem deinde vidit Dedit nobis
exemplum et formam humilitatis
et debemus velle corrigi quam
laudari Et nota quod illud fuit primum
verbum quod ab ore salvatoris
prolatum fuisse legitur Iugo
humilitate sua exposuit et ipsum
verbum tante fuit altitudinis
quod maria et Ioseph non intelle
xerunt verbum quod locutus est
ad illos Sed queritur quare beata
virgo non intellexit Mirabile
[illegible] hoc verbum
[illegible] fuerunt

revelata misteria. Ad quod potest
dici primo quod forte beata virgo
hoc verbum intellexit sed per
sinodochen quia alter illorum
non intellexit / Dicitur absolu
te quod non intellexerunt aliquid de
totum propter aliud dicere pos
sumus quod verbum intellexerunt
sed non intellexerunt se habue
runt quia ipsius curam amplius
vellet habere vel tamen potest dici quod
beata virgo verba ipsius non intelle
xit quia non erat consuetus talia
dicere. Sed consueverat patrem dicere
Joseph. Unde dicit Beda quod ipsi
non intellexerunt quod ipse de sua
divinitate ad eos loquebatur. Tercio
quia ex vehementi gaudio de
inventione non ad plenum attende
rit verbum. Tercio quia admiratio
rei stetit quasi eam extra se ra
puit unde illa verba considera
re non valuit

Et descendit cum eis
et venit nazareth
et erat subditus illis
Et mater eius conservabat omnia
verba hec conferens ea in corde suo
Et ihesus proficiebat etate et
lex dicat quod mulier cum ea offe
rebat turturum aut pullum columbe
pro peccato suo inquit peperisse pe
catum est aut etiam concepisse

Dicendum quod non est sic intelli-
gendum ac si peccasset mulier
in actu conceptus vel partus et
libidine. Non enim actus matrimo-
nii carnale peccatum est sed excu-
satur actus ille per matrimonium
sit peccatum et ideo deo qui insti-
tuit matrimonium offerebatur sa-
crificium pro peccato qui peccator ad-
hibuit remedium matrimonium con-
cupiscencie libidinis prout dicit Au-
gustinus super Genesi ad litteram
et hoc dico salvis aliis debitis
circumstanciis actus matrimonii quia
tamen si aliqua deficeret non esset
omnino actus ille sine peccato vel quod
hoc dicitur sine peccato vel quod
dicitur sine peccato intelligi potest
de peccato originali ut dicit beatus
Augustinus in glosa. Unde est illud
psalmiste Quoniam in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea. Et no-
tandum secundum Beda quod dominus cum
dives esset pauper fieri digna-
tus est et pauperum oblacionem
pro eo fieri voluit ut nos si-
milium paupertate divitiarum
faceret esse participes. Moraliter
hic tria attendenda sunt scilicet
ministerium purgationis matris sa-
cramentum oblationis filii. Quantum
ad primum est sciendum quod ma-
ria que interpretatur maris stel-
la vel amarum mare et signi-
ficat animam sive sit in summa
vite contemplative sive in ama-
ritudine vite active et utra-
que vicia est purgatio quia scilicet anima

contemplativa purgetur a superbia
quod quidem sit periculosior. Johannis
6. Cum sublatus fuisset ceciderunt angeli
et ideo purgabuntur anime. Active
vita est purgatio a negligencia quod
sit per rigorem et laborem. Ecclesiastici
17. De negligencia purga te cum
apaucis. Quantum ad secundum videlicet
sacrum oblationis domini. Sciendum
quod legimus Christum delatum in
templum ut hic et etiam legimus
eum delatum in Egiptum Matthei
2. In quo docemur quod pars
nostre mentis que est intellige-
ntia elevanda est ad contem-
plationem ethereorum que per templum
designatur que interpretatur
visio pacis. Nunc vero deprimenda
ad consideracionem propriorum
defectuum qui per Egiptum de-
signatur. Egiptus enim interpretatur
tenebra. Psalmus Deus meus illu-
mina tenebras meas. Quantum
ad tercium videlicet ad obla-
tionem est notandum quod oblatio
indeterminate fiebat de turture
vel columba. Per turturem
que est avis solivaga et ca-
sta intelligitur vita contempla-
tiva per columbam vero que
est gregatim volat et est
fecunda intelligitur vita ac-
tiva et utraque avis gemi-
tum habet pro cantu sed
aliter et aliter. Gemitus enim
turturis competit contem-
plativis et hic gemitur

ut dicitur par turturum Ge
mitus vero columbe competit
activis — Primus gemitus est
amoris Rom. 8 Nos primici
as spiritus habentes intra nos gemi
tus adoptionem filiorum dei ex
pectantes Secundus est de
vocionis Rom. 8 quid oremus sed
quod oportet nescimus sed
spiritus postulat pro nobis ge
mitibus enarrantibus Can.
2 Vox turturis audita est
Gemitus vero columbe compe
tit activis et hic gemitus
duplex est Unde dicitur duos
pullos columbarum Unus est
compassionis proximi — ps. afflictus sum
et humiliatus sum nimis ru
giebam a gemitu cordis mei
Ysa. 59 Quasi columbe me
ditantes gememus / Alius ge
mitus propter alienis Tren.
1 Omnes porte eius destructe
sacerdotes eius gementes et
Viam ze miles captivus educ
tus est et ancille eius geme
tes meditantur ut columbe
predicta autem recolligendo dicimus
quod in hac purgacione dela
cione et oblacione signatur quod
qui purgatus est a superbia
et negligencia dispositus est
ut ascendat ad contempla
cionem dei et descendat ad con
sideracionem sui / Et rursus as
cendens gemat ex amore

et devocione et deorsum de
scendens gemat ex contricione et
amore et compassione In h
iis consistit perfectio anime
fidelis deo devote Sunt et
alie quamplures proprieta
tes turturum comprehendim
tur versibus Alta petit tur
tur cantando vel veniens ge
mit iniciat et caste vivit
Solus quod moratur pullos n
octe pavit morticinaque fugit
Et hec omnia captiva possunt
Sed proprietates columbe sunt hec
Grana legit volitat sociata
cadavere fugit felle caret pla
git sociumque per oscula tangit
petra dat huic nidum fugit
hostem flumine visum Rostro
non ledit geminos pullos nu
do nutrit Et ille proprie
tates conveniunt activis sique
ea diligenter volunt adoperare

Ecce homo erat
in Jerusalem cui
nomen Symeone
on et homo ille iustus et timoratus
expectans consolacionem Israel et spiritus
sanctus erat in eo Et responsum
acceperat a spiritu sancto non visurum
se mortem nisi prius videret cri
stum domini — per istos sermones
Secunda pars ingna ponitur
de Symeonis longa expe
ctacione et dividitur in
duo Prima primo ponitur istius
senis multiplex commendacio Secundo
ponitur divina ei facta revelacio ibi
Et responsum Commendatur autem

Ille venerandus senex scilicet homo astat
te loci in quo habitabat Est ecce ierusalem
Nonum prodigium et res admirabilis
et res digna et inaudita quia homo
erat in urbe que est Ciuitas sancta
et venerabilis et Ciuitas rega
lis et sacerdotalis vbi potissime
vigebat cultus diuinus in hoc ma
gi prius ab oriente venientes
cristum natum predicauerunt de quo
forte homo iste audierat Vnde
ab ista Ciuitate recedebat Ecce
sanctum est habitare in ierusalem
Nam et ipse ihesus in urbem rema
sit et in ecclesia precedenti habetur
Secundo commendatur ab interpre
tacione nominis ibi Cui nomen
Symeon Symeon interpretatur
exaudibilis nam longum suum desi
derium de videndo cristum deus
exaudiuit pro desiderium anime
eius tribuisti ei Tercio commendatur
ab alia parte perfectionis que est
operacio boni ibi homo iste iustus
Iusticia namque est rectitudo vo
luntatis que facit hominem per
rectam viam recedere Sapiencie quod
Iustum deduxit dominus Quarto
commendatur ab alia parte perfectionis
que est declinare a malo ibi et
timoratus casto scilicet timore
dei prouerbiorum i In timore domini declinat
omnis a malo Quinto commendatur
a actu mentis desiderare desiderio
expectantis consolacionem israel id est
Cristum qui est consolacio credencium
Gen. xlix. Salutare tuum expectabo
domine et Iudit viii Expectemus
humiliter consolacionem Vnde sibi com
petit dictum abacuk ii Si moram
fecerit expecta eum quia veniens
veniet et non tardabit Sexto
Commendatur a sanctitate mentis et spiritus
sanctus erat in eo scilicet per graciam
et caritatem nec enim potuit esse
iustus et timoratus nisi fuisset in
eo spiritus sanctus sanctificans et docens
dirigens et custodiens eum Romanorum
v Caritas dei diffusa est in cordibus
nostris Deinde cum dicit Et responsum
accepit per reuelacionem ponitur di
uinus ei factam reuelacio quia responsum
accepit per reuelacionem a spiritu sancto
qui in ipso erat non visurum se mor
tem nisi prius videret cristum domini
vbi poterat adduci illud Job xxix
In carne mea videbo deum saluato
rem meum Et illud psalmus Non mori
ar sed viuam et narrabo opera domini
Et responsum non datur nisi querenti
et interroganti Vnde dicitur quod homo
ille iustus accepit a spiritu sancto da
intelligi quod semper cum suspiriis
lacrimis et gemitibus orando ad deum
altissimum clamauerat vt dimitteret
redempcionem et consolacionem israel
et forte inter verba et consilia Et
nunc domine quando tardas quare
auertis faciem tuam obliuisceris ino
pie nostre et tribulacionis mitte
domine saluatorem perditis et re
demptorem captiuis et consola
torem mestis Veni domine veni
libera nos scio quod in proximo es
venturus beati oculi qui videbunt
putas videbo illum putas ne
morrar antequam veniat putas
ne sum dignus intueri consola
torem israel Nolo ecce morari nisi
prius videam istum per quem mors
vincetur Nolo ex hoc seculo
decedere nisi videam istum per quem
conditum est seculum Et huius vel

similibus dedit forsitan iterum et iterum
ad lacrimas commovebatur et gemitus
dicere iste vir homo desideriorum
sicut dan. ix. unde eius desiderium
pia dei auris audivit propterquod
et Symeon i. exaudibilis dicitur
Responsum enim est ei a spiritu sancto
quasi sub hiis verbis que dicta
fuerant dan. x. Noli timere
vir desideriorum pax tibi et
esto robustus conside senior iuve-
ntutis vigorem sumas nec te fu-
gat etas gravior. Non te conven-
tiat mors. Non morieris nisi
videas nisi tangas nisi et ul-
temus amplexeris christum inquo
responso consolatus expecta-
bat longanimiter redemptionem
israel. Dubitaret forte aliquis
quomodo mors potest videri cum non
sit nisi quedam finacio vite et
causa dicitur non misterium se mor-
tem. Ad hoc dicendum secundum
Bedam quod videre accipitur
hic pro experiri. Multumque se-
cus mortem videbit carnis qui
tamquam christum dominum oculis cor-
dis videre meruit Conversacionis
gradus in celestis urbis templi ta-
bernacula frequentando hoc est sacro-
rum virginibus deus dicit ex-
empla ferendo etc.

Et venit in spiritu inte-
mplum et cum inducerent
puerum ihesum parentes
eius secundum ihesum consuetudi-
nem legis pro eo et ipse acce-
pit eum in ulnas suas et benedixit
deum et dixit. Nunc dimittis ser-
vum tuum domine in pace. Quia viderunt
oculi mei salutare tuum. Quod para-
sti ante faciem omnium populorum.
lumen ad revelacionem gentium
et gloriam plebis tue israel etc.

Tercia pars in qua agitur
de eius devota consola-
cione in qua ita ponitur.
primo ponitur Symeonis inte-
mplum miranda adventus quia venit
in spiritu intemplum i. motus et
instigatus a spiritu sancto. illa hora
ut veniret intemplum vel forte
erat sibi revelatum quod tali
die attenderet quem videret ge-
stare in ulnis virginis et oblacionem
pauperum deferentis. quia ipse
christus est. Moraliter hic docemur
secundum Virgilium quod qui vult
tenere et amplecti ihesum debet
intemplum in spiritu i. ductu sancti
spiritus non autem in spiritu superbie sicut
ambitiosi qui sibi imputare usur-
pant dignitates et honores eccle-
siasticos nec in spiritu avaricie sicut
Symoniaci non in spiritu inanis
glorie quemadmodum illi qui se
ornant vestimentis coronis et
~~capitali capitalibus~~ capillatis
ut appareant hominibus non in spiritu
simulacionis sicut ypocrite non
in spiritu luxurie sicut hii qui ideo
ad Ecclesiam veniunt ut videant
mulieres et ut aberis contempi-
scantur non in spiritu accidie sicut
qui sunt in ecclesia et dormiunt
in predicacionibus et officiis divino-
rum. In quo spiritu venietes non
mentitur videre christum nec enim

ampleverat cum spirituali brachiis
anime Secundo tangitur Christi
pueri ab eodem Symeone iocunda
gestacio quia cum inducerent i. intro
ducerent in templum puerum Ihesum
parentes eius scilicet maria que erat
vera parens et Joseph qui erat
pater secundum opinionem ut
facerent secundum consuetudinem
legis pro eo que consuetudo sta
bat in libris predictis quia eum pre
sentaverunt domino et quia eum ob
tulerunt par turturum aut
duos pullos columbarum et quia
eum redimerunt quinque siclis tamquam
esset primogenitus Et ipse accepit
eum in ulnas suas ubi exclamat
Bernhardus in sermone O quam beatus iste
senex ad sacra nutritus per quem
ad christum pervenitur Vbi manus
que verbum vite palpaverunt et ul
nas quas ad eius susceptionem prepa
ravit Nota quod ille venerandus
senex attendebat diligenter si vi
deret inter turbam deferri parvu
lum natum ex virgine Offerebantur
quidem in templo filii nobilium ac
divitum sed hos non attendebat
ille sed cum inducerent christum
in templum statim cognovit Sy
meon infantem et mox dimissis
aliis currens venit ad virginem
et non suffecit sibi adorare vide
re et tangere priusquam ipsum accip
eret in ulnas suas sive in bra
chia de sinu virginis receptum
est si beata virgo non prohi
buit senem ab ea recipere pue
rum et amplecti sed non dubium
quin ipsa cognovit in spiritu devotum

desiderium senis et intellexit placere
deo propter quod ille homo consolaretur
in amplexu pueri istius Et advertendum
quod nonnulli stulti non sapientes
qui dei sunt resistent videntes
senem gestare puerum seu infan
tem in ulnis et exultare sed
Symeon ad hoc non fuit cura quia
portabat ipse infantem et scivit in pu
ero puer[?] gaudebat et exultabat
felix nimium fuit ille Symeon
qui tantam consolacionem meruit quam
desideraverunt prophete et reges
et non potuerunt accipere Et non
dubium quin ex huius amplexu
Christi ille Symeon mentales
consolaciones multas recepit
Et singulares carismatum gratias
hec mirum sicud dicit Augustinus
Si ad tactum fimbrie vestimenti
mulier sanata est Quid dubitandum
de Symeone qui in suas ulnas
accepit infantem et gaudebat
in domino parvulum a se gestari
qui veniret vinctos solvendos
sciens eum neminem de claustro
corporis posse emittere nisi spe
fultus ante[?] nisi quem in brach
iis detinebat Unde dicit glossa
Quod infantis ineffabile iubar
adeo illustrabat senem ut pro
tensu[?] corporis[?] mors[?] gratus[?]
sibi fieret Nota 3o ponitur
cantica ponitur dimittis devota
decantacio cum dicitur Et benedixit
deum Et hec fuit benediccio
laudis et graciarum accionis Et
bene potuit benedicere et laudare

pro tanto beneficio consolacionis ei
prestito et dixit Nunc dimittis ser-
vum tuum domine in pace In quo can-
tico Symeon duo facit primo
promittit spiritualem consolacionem 2o
subdit sublime magnitudinem pro
cristi ibi Quia viderunt oculi
mei salutare tuum Ostendit autem
venerandus senex se consolatum
[illegible] ex triplici racione primo
propter dignacionem maiestatis
quia dominus veniat ad servum
propter quod dicit Nunc dimittis
servum tuum domine secundum verbum
tuum in pace Secundo propter im-
plecionem veritatis propter quod di-
cit secundum verbum quod scilicet michi di-
xisti Non gustabis mortem nisi prius
videas xpm Ysaias 70 verbum quod
egreditur de ore meo non revertetur
ad me vacuum et ideo poterat dicere
illud ps Bonitatem fecisti cum
servo tuo domine secundum verbum tuum
Tercio propter adepcionem tranquilli-
tatis propter quod dicit In pace
scilicet veniente illo qui dicit
In me pacem habebitis Johannis 16
Iste iustus dicebat se in pace ve-
~~me bene poterat dicere illud~~ mori
cupiebat enim dissolvi et esse cum
cristo ad Phil 1 Iste iustus di-
cebat se in pace venire Bene
poterat dicere illud Gen 46 Iam
letus moriar quia vidi faciem
tuam Unde Origenes Dimissus est
de seculo tuo recedit in pace in-
stus qui intelligit quod deus erat
in cristo mundum reconcilians
sibi [illegible] homines inimicos deo
Sed omnem pacem in se bonis ope-
ribus assumpsit Deinde cum
dicit Quia viderunt oculi mei
salutare tuum subditur sublimis

magnificacio xpi per eum Magni-
ficat enim eum secundum triplicem
eius excellentiam venit salus
ex sapiencia fulget lux ex potencia
relucet gloria Est ergo cristus
salus omnibus populis universaliter
lux gentibus specialiter et gloria Israel
singulariter Et hec tria tangit hic
Symeon Quantum ad salutem cle-
mentie dicit quia viderunt oculi
mei salutare tuum id est ihesum qui inter-
pretatur salvator Viderunt quidem
oculi carnis hominem sed oculi men-
tis cognoverunt esse deum Quia
sicut Gregorius dicit in Symeon per-
quod deum vidit oculis carnalibus
oculi tamen mentis fuerunt illumina-
ti fulgore spiritus sancti quo verbum
eternum incarnatum cognovit et salva-
torem mundi omnibus predicavit Unde
poterat dicere Symeon illud Job
[illegible] Videbam faciem eius in nubila
Et quoniam hec salus non erat par-
ticularis sed universalis Ideo subdit
Quod parasti ante faciem omnium po-
pulorum quod scilicet salutare parasti
non solum visibile sed et palpabile
ante faciem omnium populorum quia in
promptu est hoc salutare que se
presentatas est quia in salutem omnium
venit Unde dicit omnium populorum
ps viderunt omnes fines terre
salutare dei nostri Ubi attende
sagacitatem huius venerandi se-
nis qui tanto zelo prestolabat
salutem Israel qui postquam vero
potitus est exclamavit se vidi-
sse salutem omnium populorum Sicut
dicit ante faciem secundum Crisostomum
ut scilicet omnibus eius nativitas ap-
pareret Quantum autem ad lumen
sapientie addit lumen ad revelacionem
gentium et gloriam plebis tue Israel

i. ut sit lumen verum ad revela
tonem gentium i. ad hoc ut illo lu
mine revelet et manifestetur hec
gentibus Ysa 49 Dedi te in lucem
gentium ut sis salus in ea usque in
extremum terre Unde dicit Ana
stasius gentes ante Christi adventum
in multiplici tenebrositate erant
constitute ut prote cognicione divina
private et ideo eorum cecitate hec
triplicat illuminavit spiritualiter doctrinis
et miraculis et sacris Unde signanter
dicit lumen ad revelacionem gentium
Ysa 9 populus gentium qui am
bulabat in tenebris vidit lucem
magnam lux orta est eis Glorium
vero ad gloriam maiestatis subdit
Et gloriam plebis tue Israel / quia nati
sunt secundum carnem et hoc eis
cedebat in magnam gloriam Ysaye
4 Erit germen domini in magni
ficencia et gloria et exultacio hiis
qui salvati fuerunt ex Israel / et
addite quidem quia revelacio gentium
memor quam glorificacio Israel ideo
illa hinc premittitur Et nota secundum
Anastasium quod populus israeliticus ill
uminabatur lege / ideo non dicit quod
illi paravit lumen i. apparuit
lumen sicut gentibus secundum
glosam memorans antiquam hysto
riam sicut olim Moyses domino allo
quendo gloriam retulit faciem / et ipse
divine humanitatis lucem perenniter
gentis veteris obicientes velamine
in eadem ymagine transformatur
in gloriam 2 Cor 12 Vel illud
intelligi potest de gloria beatifica ad
quam spiritualis populus Christianus sunt
adaptatus Baruch in 3 c. Israel
quam ad magna est domus dei et
ingens locus possessionis eius
Sed tunc obicitur quia pauci co

rum pervenerunt ad istam gloriam Ad
hoc videtur Cirillus quod eciam
quidam eorum obicientes fuerunt
et non pene omnes sunt incredu
li et unica civitas 8 et tamen eorum
reliquie salvi facti sunt et plures
per eum pervenerunt ad gloriam / Ho
rum primicie fuerunt apostoli quorum
fulgur universum orbem illustrat
Et sic intelligendo secundum in Beda
bene revelacio gentium filius glorie
preferitur quia plenitudo gen
cium introiret sive introierit
vitam tunc omnis Israel salvus
erit Ro 2 Aliter dicere possumus
quod in hoc cantico magnificat
Christus quo ad quatuor secundum
quatuor nomina quibus Christus
a Symeone appellatus est / comme
datur enim Christus ut pax ut lumen
ut salus ut gloria / pax quia re
demptor lumen quia doctor
salus quia salvator gloria quia
remunerator Et in hiis quatuor
consistit Christi perfecta commenda
cio summa tocius evangelice hystorie
quedam brevissima comprehensio
ea namque que respiciunt eius in
carnacionem comprehenduntur
in pace Ipse enim est pax nostra
qui fecit utramque unum Ephe 2 secundo
Quia namque utramque naturam
in unitate suppositi univit duos populos
in unum copulavit dans pacem
hiis qui longe et qui prope
quia deum hominem reconciliavit
Ea vero que respiciunt eius predi
cacionem et vite sue conversacionem
ac miraculorum operacionem
comprehenduntur in luce Unde
ipse dixit Jo 8 Ego sum lux

mundi. Cum que respiciunt redemptionem
et passionem comprehenduntur in no-
mine salutis. Sed que respiciunt re-
surrectionem comprehenduntur in no-
mine glorie. Et quia canticum illud sic con-
tinet laudis plenitudinem et se-
nis morientis consolationem ideo
in festo cantatur videlicet de templo.

Cum inducerent puerum
Ihesum parentes secundum
consuetudinem legis
pro eo, et ipse accepit eum in ulnas
suas et benedixit deum et dixit
Nunc dimittis domine secundum tunc in
parte Luce 2. In verbis premissis com-
prehenduntur presentem solem-
pnitatem tria specialiter attollencia.
Primum est Christi in templum inductio
principalis et notatur cum premittitur
Cum inducerent parentes eius puerum
Ihesum parentes eius. Secundum
est parentum eius pro eo oblatio
legis quod innuitur quod dicitur
ut facerent secundum consuetudinem
legis pro eo. Tercium est Symeonis
senis consolatio salutaris quod no-
tatur in eo cum subinfertur Et ipse
Symeon accepit eum in ulnas
suas. Et secundum hec tria illud fe-
stum sortitur tria vocabula. Nam
ratione primi dicitur ypopanti
quod est idem quod presentatio eo quod
ipso die presentatus est Christus in tem-
plum. Ratione secundi dicitur fe-
stum purificationis eo quod ipso di-
e beata virgo pro sui purificatione se-
cundum legem licet non indigeret
oblationem fecit. Ratione tercii dicitur
candelaria vel festum lumi-
nis eo quod hodie benedictas
candelas in manibus accensas

portamus representantes et sectantes
in hoc devotionem Symeonis. Circa
primum tria sunt nobis consideranda.
Primo qualiter ubi inductus quia in
templum cum inquit inducerent
in templum ut colligitur ex littera
precedente ubi dicitur et venit
in spiritu in templum. Et sequitur et cum
inducerent. Secundo quis inductus
quia puer Ihesus unde dicitur puerum
Ihesum. Tercio a quibus personis
inductus sit quia a parentibus suis
quia dicit parentes eius. Sed omissis
duobus reliquis de primo est agendum.
Quantum igitur ad primum est sciendum
quod puer Ihesus inductus
est et inducitur in triplex templum
virginale, materiale et mentale. In
primum templum inductus fuit a spiritu
sancto personaliter. In secundum a parentibus
corporaliter. In tercium inducitur a fide-
libus et devotis spiritualiter. De primo
potest dici illud Eze 43 Ingressa est
maiestas domini in templum. Nam
opus incarnationis quo filius
dei personaliter inductus fuit in
templum uteri virginalis fuit opus
divine maiestatis ut potentie a spiritu
sancto in mente operatum secundum
illud Luce 1 Spiritus sanctus super-
veniet in te et virtus altissimi ob-
umbrabit tibi. Hoc autem templum
ad receptionem tanti inhabitationis con-
veniens adaptaretur fuit pictura
triplicis ymaginis adornatum.
In beata virgine depicta ymago
angelice puritatis et ymago pre-
clarissime humanitatis. Christus
humanam ymaginem depinxit in
ea per gratie plenitudinem spiritus sancti
qua fuit in divine nature similitudinem
totaliter transformata. Secunda

depinxit per virginitatis celsitudinem qua fuit angelis equiparata immo super angelos inestimabiliter collaudata. Tercia depinxit per virtutis pulcritudinem qua fuit super omnem creaturam incorporalem decorata. Primo enim dico quod spiritus sanctus in virgine depinxit ymagines tres sive divinitatis per gracie plenitudinem qua fuit in divine similitudinem totaliter transformata quod patet. Cum enim gracie effectus sit mentem ad esse supernaturale ad deum elevare humanam et ei quandam deiformitatem totaliter induisse. Cum in ipsa fuit plenitudo omnis gracie. Unde angelus ad eam: Ave gracia plena dominus tecum. quam transformacionem seu ad deiformem similitudinem innuit spiritus sanctus loquens ad eam Cant. 8: Pone signaculum super cor tuum. Sicut enim signaculum id est sigillum materie molli adhibitum et ductibili vt cera tenere tunc illa materia recepit perfecte omnem figuram sigilli secus si materia sit dura. Sed beata virgo tota fuit mollis et liquida in dei amore per graciam sicut liquefacta. Ideo perfecte recepit impressionem sigilli divini et per hoc tota deiformis est effecta. Nec mirum si enim apostoli et omnes imitatores domini efficiuntur consortes nature secundum illud 2 Pet. 1: Maxima et preciosa donavit promissa nobis deus ut per hoc efficiamini divine consortes nature / quanto magis hoc virgini. Glosa: eo quia ipse consors est effectus nature humane. Unde non dubium quin ipsa totaliter

in deiformem transiens ut quantum dici valeat quod amodo vno deo dicitur quae de ea apparte dicat spiritus sanctus: Una est columba mea perfecta mea una est matri sue electa genitrici sue. Ipsa enim ipsa virgo est una id est unice pre electa creaturis in singularibus donis spiritus sancti fulcita. Unde columba dicitur et ipsa essencialiter sola perfecta ut potest ad divine nature conformitate perfecte translata. Ipsa inquid est matris una sive fecunditatis et matris et comitis omnium trinitatis quidem sancte trinitatis / ipsa est una singularis filia et unice pre omnibus et pre omnibus creaturis electa et quasi dea celorum eam merito dixerim. Unde Anselmus super Cant. alloquens virginem sic ait: Speciosissima inter adequa boni generis omnes quasi excellis quasi dea cum dei sis incorrupcionis suprema es / quia plus quam homo es. Dum nichil humani motus passa es proli nulli comperari potes quia unus deus est et tu una mater es sancta beatissima es quam inquinat maculat eciam venialis. Unde quod sic quasi dea celorum beatus hugo reputatur. Ideo tota celestis curia ad eius nutum et imperium disponitur. Unde Anselmus et stella in qua tota celestis curie ierarchia suo creatori divina super se lucente voluntate obediat et strenue militat. Audeo tamen dicere nichil audent facere sine nutu regine nostre quia si forte aliud rigor iusticie divine contineret maiestatis precibus matris non cessat illud convertere in mollicie commiseracionis. Secundo dico quod spiritus sanctus in ea depinxit ymaginem angelice puritatis

per virginitatis celsitudinem que fuit
angelis equiparata ymo super angelos
ineffabiliter collaudata per virginitatem
enim homo angelis equiparatur dicente
Jeronimo Jn carne vivere preter
carnem non est vita humana sed
angelica Jdeo laudabilior est virgi
nitas in homine quam angelo / quia
quod angelus per naturam hoc ho
minibus obtinet virtutum per graciam
et quia beata virgo in puritate virginita
tis super omnes angelos laudabilis
extitit ymo quod multo amplius
est quia per virginitatis meritum
non solum angelis sed et ipsi deo
cognata fuit Juxta illud Sapiencie
8 Jncorrupcio proximum facit esse
deo Sic e contrario corrupcio
facit hominem animal brutum et hec
multum gloriosus fuit in virgine ma
que secundum Jeronimum est exemplar
virginum quo ad votum Exemplar
virginum quo ad cum forma virginum
quo ad obsequium Tercio dicendo
quod spiritus sanctus in ea depinxit y
maginem preclarissime humani
tatis Christi Jpsa humanitas quedam
in Christo fuit perpreclara et precla
rissima tum quia ad diuinitatem
in unione ypostatica coniuncta
tum quia ex preclara virgine arti
ficio spiritus sancti preclarissime propa
gata / tum eciam quia secundum
convenienciam quatuor humorum
proporcione mirabilissime ad medium
reducta / et hinc enim aliqua na
tura nobilis et preciosa propter duo
quod oportuit quod Christus fuit
preclarissimus et speciosissimus ho
minum Unde in Canticis Ecce tu pul
cher es dilecte mi et decorus
lectulus noster floridus Canticorum
j Unde de eius pulcritudine

corporali refert Dionisius quod
cum Rex abagarus misisset picto
rem quendam ut faciem Christi sibi
depingeret sequitur quod pictor
propter nimiam claritatem eius
non potuit intendere in faciem
Sed Christus accepta tela impressit
speciem sue faciei et sic in panno
misit regi ymaginem nec mi
rum quia candor diuinitatis qui
sibi placuit in facie relucebat
humana ut dicit Jeronimus Unde
pulcritudinem Augustinus in sermone hodi
erno consideramus ait ubique no
bis Christus pulcher occurrit pulcher
in celis pulcher in terris pulcher
in patre unigenitus et pulcher in matre
in carne verbum pulcher in utero
virginis ubi non amisit diuinitatem
cum suscepit humanitatem pulcher
in miraculis pulcher in flagellis
in sermonibus in verberibus in
morte non curans a mortuis alios
suscitans pulcher in ligno pulcher
in celo pulcher in sepulchro hanc
itaque pulchritudinem et humani
tatem Christi spiritus sanctus depinxit
in beata virgine De cuius pulcritudine
eciam quod ipsa habebat fuscos oculos
recti aspectus nigra supercilia me
diocrem nasum vultus eius lon
gus longe manus longi digiti
mediocris stature / et quia huius
elongacio membrorum cum
venustate coloris reddit hominem
pulcrum constat / quod ipsa fuit
pulcherrima pulcritudine corpo
rali nec mirum quia in infinitum
fuit pulcritudine nobili quia re
fulgebat ex varietate virtutum qua
ipsa virgo Glosa Jam lucide ab
intra resplendebat quod eciam
in corpus redundabat Unde

super illud Math 1 Joseph non co
gnoscebat eam dicit Cris. quod beata
virgo Christum portabat in utero fa
cies eius tanto pulcritudine re
splendebat relucebat quod Joseph
eam non cognoscebat i. non poterat
intendere in eam donec peperit
filium suum primogenitum propter
hanc refulgenciam nullo umquam
inspiciens eam licet male cogno
scere seu concupiscere potuit s.
amore malo propter hanc autem
utramque eius pulcritudinem tam
corporalem quam mentalem
naturalem et supernaturalem
sponsus in Can. laudat eam
prorumpens in hec verba Can. 1
Quam pulcra es et quam decora in
deliciis karissima pulchra in
quam fuit beata virgo corporaliter
decora mentaliter pulcra facie de
cora virtute pulcra in utero in
sanctificacione pulchra coram
hominibus decora coram angelis
pulcra quia in vita activa decora in
contemplacione seu in vita conte
plativa pulcra in intellectu pru
dent intelligens prudens ubi in
interrogavit quomodo fiat illud
decora in affectu humiliter consen
tiens fiat michi secundum verbum
tuum pulcra in filii concepcione
decora in eius gestacione pul
cra in partu decora in filii lac
tacione pulcra in purificacione
decora in filii oblacione pulcra
in assumpcione decora in glori
acione Quam igitur in hiis omni
bus pulcra et decora fuit ideo
deo carissima extitit et pro hoc
semper iternis deliciis erit

Cum inducerent puerum
ihesum parentes eius
Expositis hiis verbis

de templo virginali restat ea nunc
exponere materiali quale fuit in quod ho
die ad literam puer ihesus ductus est
corporaliter a parentibus ut patet ex serie
Ewangelii de quo prophetatum fuit
malachie 3o Statim veniet ad
templum dominator dominus Circa
quam corporalem ductionem in templum
tres circumstancie veniunt ex serie
Ewangelii eliciunt Prima sumitur
ex parte sive quantum ad tempus puri
ficacionis quod supponitur in eo
quod premittitur in Ewangelio postquam
impleti sunt dies purgacionis m
arie Secunda sumitur quantum
ad actum delacionis quo in ulnis ferre
in eo quod dicitur tulerunt illum
in ulnis Tercia sumitur quantum
ad finem introitus quomodo domino
sistitur in eo quod subditur ut siste
rent eum domino Ex quibus verbis
moraliter instruuntur fideles et ut
cum templum dei materiale i. ecclesiam
ingredi voluerant in predictis tribus
circumstanciis se debeant Christo et beate
virgini conformare ut vi sint ap
ectatorum sua mundati quantum
ad primum sit brachiis sancte matris
ecclesie deportati quantum ad secun
dum recte sive ordinati quantum ad
tercium Primo dico quod ingressuri in
ecclesiam debent a peccatorum sordibus esse
mundati et purgati sicut beata virgo
antequam ingrederetur templum
post partum suum in mandatis dies puri
gacionis adimplevit Hoc autem filius
antequam introduceretur in templum
curavit voluit non quod ipse puri
ficacione indiget et filius tradi
sione cum non suscepto semine con
cepit et ipse ex intacta matre
natus fuit utrumque tamen in hoc le
gem servare voluit ut nobis

darent: forma purificationis et lavacionis qua purificari et lavari debemus antequam ecclesiam ingrediamur. Unde Beda per hoc innuit quod beata virgo ante tempus purificationis in templum non ingrediebatur nec puer nisi post sua lavacionem donum fuerit. Insinuare in simatur neminem nisi purgatum et lavatum ante domini dignum esse conspectibus. Ex hoc tunc quod nullus fidelis ingredi ecclesiam cum conscientia mortalis criminis nisi prius sit confessus vel saltem contritus si non esset confessionis. Cuius ratio est quia quilibet mortali peccato constitutus suspensus est ab ingressu ecclesie quo ad se ut patet ex canone j q j Sacerdotes et ex de coh. c. et iii c. questionum. Unde peccator in peccati feditate perdurans non debet se ingerere communioni sacramentorum nec congregationi fidelium in ecclesia quod signatum est in lege Deuteronomii 23 ubi dicitur Si fuit inter vos homo qui fuit nocte pollutus sompnus egredietur extra castra et non revertetur usque ad vesperam lavetur aqua et post solis occasum egredietur in castra vel in ecclesiam dei ut ibidem permittitur. Quod exponens Gregorius retorque illud ad quosque qui polluuntur mente quocumque peccati. Si enim lex hoc precepit de nocturna pollutione corporis que fit in sompnus preter quam preter voluntate dormientis quanto magis voluntaria in quocumque peccato mortali anima in conspectu dei coinquinant

et fedam reddat ut talis dominus in ecclesia aspectibus dignus non sit. Unde Gregorius super hoc rescribens Augustino Anglorum episcopo et ponitur in decretis d. v c. 6 Testamentum sit aut Testamentum veteris legis hunc pollutum dicat nisi ablutus fuit que tamen aliter populus intelliget spiritualiter quod persi primo illum reputat qui temptatus venis ymaginibus in temptatione inquinatus sed lavandus est aqua ut culpa cogitacionis lacrima abluatur et antequam ingenis temptationis recesserit per se reatum usque ad vesperam cognoscat. Ex quibus verbis colligitur quod ingressurus ecclesiam prius debet purgari per aspectus saltem generali contritione. Etiam sequitur non habet conscientiam etiam peccati tamen bonarum mentium sit recognoscere culpam ubi culpa non consistit. Et quo bene legimus purificatione innuitur indigentibus propter quod consuetudo est quod aqua benedicta habetur ante fores ecclesie ut ingressuri eius aspersione purificentur. Etiam a venialibus qui mortalibus sibi conscii non sunt. Cuius figura legitur Exodi 30 quod labrum eneum erat cum aqua ante fores hostium templi sive tabernaculi et ibi Aaron et filii eius lavabant ingressuri manus et pedes. Secundo debent esse brachiis subportati sicut Christus portatus est in templum brachiis et de fidelibus digne ecclesiam intrantibus dicat ipsa mater ecclesia dicat illud Osee xi portaba eos in brachiis meis usque vinculis

Ecclesie unde que secundum Ciprianum
non est aliud nisi multitudo fidelium
fide et caritate unita. Ista quod e-
una nec etiam omnes plures sumus
filii sicut multi radii sunt sed unum
lumen et rami arboris multi sunt
sed robur unum tenaci radice fun-
datum et quoniam de fonte uno multi
rivuli defluunt sed unitas servatur
in origine. Post hec verba exponunt
in decretis 24 q 1 loquitur ex-
cepit ista brachia ecclesie sunt heretici
qui oberrant in fide scismatici
qui deviant in caritate et omnes
excommunicati qui precisi sunt ab ec-
clesie unitate. Hii enim omnes quia
non portantur in brachiis matris
ecclesie non sunt ydonei ad ecclesie
ingressum. Unde Ciprianus ubi
supra Non potest inquid habere deum
patrem qui matrem non tenet uni-
tatem. Avelle solis radium a cor-
pore divisionem non capit uni-
tas ab arbore frangi ramum fruc-
tus germinare non poterit precide
rivum precisus arescit. Frustra
igitur et indigne ecclesiam ingre-
ditur qui inter brachia ecclesie
iustitie non constringitur. Tercio
debent esse recte sive ordinati
ut videlicet causa devocionis et oracionis
ingrediantur ecclesiam non causa
vane simulacionis sicut ypocrite
non causa ostentacionis et in-
anis glorie sicut illi qui ad eccle-
siam vadunt ad ostendendum
vestimenta et alia ornamenta non
causa lascivie sicut illi qui va-
dunt ad ecclesiam ad videndum
mulieres vel viros ad concupiscen-
dos vel ut concupiscantur vel
concupiscant. Non causa fabula-
sicut illi qui in ecclesia vacant ris-
ibus et vanitatibus videlicet vanis collo-
cucionibus sive colloquiis / non causa
questus avaricie sicut clerici qui vadunt
ad exequias propter pecunias qui aliter
non irent / Hii autem omnes quia finem
debitum non intendunt ingredientes
eandem non sistunt se deo sicut
puer Ihesus ductus est in temp-
lum ut sisteretur eum domino / et
sicut Symeon venit in templum
in spiritu / sed potius tales se sistunt
dyabolo cum in tali fine intento
sunt statuunt. Unde tales non sunt
digni ingredi in templum et si
intrarent essent expellendi exemplo
Christi qui facto flagello eiecit
de templo vendentes et ementes
dicens Auferte hinc quia domus mea
domus oracionis est / et nolite facere
domum patris mei domum negociacionis.
Hic est sextus ritus ingrediendi ec-
clesiam. Unde Vidus in sermone
predicatorum omnis se noverit qui [illegible]
quia est ille qui mala in hanc dom-
um conatur ducere / et templum dei sp-
eluncam ibi vult facere demonorum.
Quare autem Salvator in templum
portari voluit possunt raciones tactas
sicut impossibilis racio esse potest ut ipse
per suam presenciam templum sancti-
ficaret. Unde sicut per baptismum
Christi non solum sanctificata est
ubi aque Iordanis que tetigit car-
nem Christi sed et omnes aque. Sic
per eius delacionem in templum non
solum istud in urbe sanctificatum
fuit verum etiam omnia templa
eius nomini dedicata. Propter quod
statutum est quod in ecclesia debeat ce-

corporalis puta xpi vz in sacra-
rio Unde etiam ibi reconduntur
sanctorum reliquie ibi etiam fiunt
misteria anglorum Etiam ut dicit
Gregorius in ipa immolacionis ho-
ra celi apparuit angelorum ymo
in misterio una sunt Ideo dignum
est ut Ecclie in veneratione ha-
beant et ne nisi cum summa devo
tione visitant et frequen
tant Unde ps domum tuam dne
decet sanctitudo in longitudine d.

Cum inducerent puerum
ihm in templum Luce
ltio super est verba
illa expone de templo mentali
in quod ihus etiam cottidie inducitur
a devotis fidelibus Unde prima
Cor 3 templum dei sanctum est
quod estis vos quoniam nobili
tas triplex vel expressius causa co
gnoscatur hinc est quod huius te
pli nobilitas colligitur ex quatuor s
ex efficientis dignitate et ex ma
terie preciositate ex forme specio
sitate et ex finis honorabilitate
Primum patet Nam hoc templum
quod est mens racionalis est ab
ipo deo met immediate creatum Sicut
opus deus inspicit [illegible]
creavit ex nihil cum sit quem
ipse dicitur ab omni opere quod pa
traverat quod ps eu nichil novi c
avit quamvis quidem multa miracula
fecit per se et per sctos nova
tamen nulla speciem dicitur creasse
nisi tamen alias animas racionales
quas creat cottidie et creando
infundit corporibus et hoc arguit

maximam nobilitate anime Nam quid
ad hunc multa nova opera deus
omnipotens mediate secundis agentibus ut
mediante ministerio angelorum Sed animas
racionales per semetipsum creat ut
hoc facit per angelos ymo nec
per tota sua omnipotentia posset
largiri angelo quod creat unam
solam animam secundum istam opi
nionem que ponit quod potencia
creandi sit in communicabilis creaturis
q per hoc patet quia ad creandam
animam deus non adiuvavit aliqua
creaturam sed ipa trinitas semetipsam
ad hoc invitavit dicens faciamus
hominem ad ymaginem etc Non enim
hoc dixit deus ad angelos
ut dicit Augustinus Sed ipse pater
ad alias personas indivinis Ex hoc
ostenditur hoc opus esse singulare
ipius trinitatis Unde ps ipe fecit
nos et non ipi nos Secundum
patet Non enim ex aliqua preiacen
tenti materia facta sunt anima sed
ex nichilo quia in omnibus rebus
creatis non inveniebatur aliquod
materiale ita nobile ut ex eo posset
fieri anima racionalis non quidem
terra aut quod aliorum elementorum
de quibus componuntur corpora in
feriora nec celum puta sol et luna
et stelle seu aliquod corpus cele
stium sunt digni intrare ad corporum
anime rationis que longe altior eis
existit et quia nichil dignum in
venit in rebus creatis quod posset esse
materia prima anime ideo requiritur quod fiat
ex nichilo et ad maximam ei no
bilitatem cedit ut d. aquis tu
ipm nulla dicat nobilitatem
sed non quantitatem ac propter vilitatem

in porta . cum dicit operacionem vel
negacionem entis quod hec ad nobili
tatem anime pertinere dicitur quod ex nichilo
producitur Ad hec dicendum quod
animam creari ex nichilo dicitur nobi
litatis non propter nobilitatem nich
ili que nulla est sed propter excessum
perfectionis nostre speciei que in lim
creatas certas naturas supergre
ditur quod in creatura recipit poli
tas adeductionem anime create racionalis
secundum patet nam forme anime racionalis
est nobilissima cum sit ymagine
dei insignita non enim dubius im
pressit anime alicuius rei create formam
sed formam suimpius ita quod ipsa for
ma anime racionalis non est aliud quam
quedam relucencia speciei beatissime
trinitatis Genesis i faciamus hominem ad
Nec potuit ipsa beata trinitas ma
gis ipsam animam racionalem nobilitare
quam quod ipsam sibi ipsi assimilavit
et proprie ymaginis formam impressit
Ad hec eciam patet quod similitudo est
causa dilectionis / ad hec deus amorem
suam similitudine indidit ut ipsa om
nes dilectionis affectum in ipsum
converteret / cum sibi nichil simile in
rebus creatis inveniret Unde
Augustinus in de spiritu et anima miser magi
ster quantum ego deberem diligere deum
meum qui me fecit cum non eram
me redemit cum perieram non enim
eram de nichilo me fecit non
lapidem non arborem non aliquid
de talibus sed hominem scilicet ad suam
ymaginem et si vilem nec voluit
me esse Et alibi dicit Augustinus li de
suassi[?] in se bonum quod in eo creavit
deus scilicet ymaginem suam propter lauda
ret deum non solum lingua sed et
vita Tercium patet nam deus non

ad aliud finem creavit animam quam propter
se ipsum ut scilicet esset habitaculum iuxta
illud psalmi Quoniam elegit dominus
syon id est animam speculatricem elegit
eam in habitacionem sibi Et quoniam
ad hoc eciam elegit sponsus meus habita
re concupiscat Unde proverbiorum 23 dicit
fili da michi cor tuum Unde quia
quando deus huiusmodi animam digne
preparatam invenit quasi immo po
cius dicat illud psalmi hec requies
mea in seculum seculi hic habitabo
quoniam elegi eam O igitur si
scires anima si nobilitate tua cum
omnibus causis premissis attenderes
utique iniqua peccares Unde Bernardus[?]
Si nobilitatem tuam cognosceres o ani
ma peccatum abhominares et certe nimium
considerato nobilitatis anime di
cat nisi abhominacionem peccati quod
eciam non bonis rerum ad premia ut
ad penas ad hunc inducet a die[?]
peccandum quia omnis nobilis omnia
ista caduca reputat nimis vilia
et indigna ad hoc ut ipsa velit
eis inquinari Dicunt nobilia
regina non paterentur vilem et
ignobilem personam appropinquare
et hec est que quedam sancta et
nobilis superbia anime generose quam
eciam habuit ille gentilis Seneca
Si scirem deos ignoscituros ad
huc propter peccati vilitatem peccare
dedignarer hoc itaque templum
dei mentale debet esse ornatum
et depictum variis coloribus sci
licet colore albo castitatis
rubeo voluntarie passionis pro
christo Croceo spiritualis iocunditatis

tatis viridi virtuosi exacti blancte
celestis desiderii caritatis et de in
humilitatis nigro / quia humilitas
omnes alias virtutes adornat
Sicut color niger omnes alios co
lores excipit distinguit et co
ornat Unde ut dicit Gregorius
Qui sine virtute humilitatis ceteras
virtutes congregabit quasi in ven
tum pulverem portat In illud tem
plum sic ornatum sic compositum de
bemus inducere puerum ihesum verbum
etiam ibique offerre pro eo par
turturum aut duos pullos colum
barum i. gemina dilectionis dei et
proximi vel solitudine contempla
tionis et publice actionis In cuius
figura Abraham in sacrificio obtulit
deo turturem et columbam ut habetur
in Gen. / Debemus enim eum simeone
portare in ulnis amplexando eum
veri amoris Debemus nichilominus
eum benedicere pro omnibus beneficiis
maxime in illa pregustatione divine
dulcedinis exhibitis ut sic desiderio
dissolutionis affecti beatam fruitionem
ibi cum expectantes cantantes
ex caritate nobilissimum cum symeone
dicentes Nunc dimittis domine
servum tuum in pace Videns igitur
virginea vos etiam insinuimus in
templo suscepto et eo brachiis
ut dictum est amplexato perfunditur
tanta iocunditate divine suavitatis
perfunditur quod iam nichil
aliud ~~inceptum~~ desiderat nisi illud
quod in ea inceptum est perficiat
Unde in mentale canticum et iubi
lum prorumpens ait Nunc quia
voto potita quantum possibile est
in hac vita opto et totis visce
ribus concupisco ut tu domine
pro celestis me servum tuum / et

bene servum quia totus extunc sem
per est totaliter mancipatus primo in
tuam voluntatem totaliter trans
formatus / et sic a se abnegato
sibi totaliter derelicto Secundum
librum i. quod secundum librum
est intimus intra gustu me afficiat
et per hoc quodammodo assecu
rat divinitas nunquam in pace ut
vz illud quod pregustavi quasi
raptim et transitorie possideam
permanenter in pace quam etiam
eterne ad quam nos perducat qui in
secula seculorum vivit et regnat

Expedita prima parte
operis adventus et
incarnationis Sequitur
secunda pars de tempore
nostre conversionis Ad cuius eviden
tiam est sciendum quod natura
humana propter peccatum prothopla
sti erat aversa a deo et ut deus
eam ad se converteret primo misit
filium suum incarnandum ut in parte
precedente habitum est deinde ipse
filius sicut erat in carne nature
humane incorporatus est sic et
fide et spiritu eam sibi copulare in
tendens ipsam in sponsam accepit
ut sic ad ipsam totaliter converteretur
Osee 2 Sponsabo te michi in
fide Sed sponsus sciens sponsam
pronam ad fornicandum quia sensus
et cogitatio humani cordis prona
est ad malum omni tempore Genes.
8 ordinavit ei misericordie
remedium quo continue pateret
reditus et sibi reconciliari sentiret
quod ipse ait ad eam Jeremie 3
Tu autem fornicata es cum ama
toribus multis tamen convertere et

suscipiam Et secundum hoc ista
pars dividitur in duas partes
Nam primo ponit ewangelista que
pertinet ad ecclesie desponsacionem
Secundo ea que pertinet ad fi
delium reconciliacionem prima pars
incipit hic in ewangelio Nupcie
facte sunt Secunda pars inci
pit in ewangelio luce Simile est
regnum celorum Prima pars divi
ditur in quatuor partes secundum quatuor
ewangelia abhinc usque ad septuage
simam Primo namque a christo ecclesia
desponsatur et hoc signatur in
ewangelio predicte dominice per quas
secundum Bedam signantur nupcie
mistice inter christum et Ecclesiam
Tercio ut ydonea reddatur eius
contubernio purificatur et mundatur
ut non habeat maculam neque rugam
Iuxta illud Act 17 fide puri
ficans corda eorum Et hoc signatur
in Ewangelio sequentis dominice ubi a
gitur de leprosi mundacione per
quam ecclesie purificacio designatur
ibi Cum descendisset Tercio
confirmatur et consolidatur ne
ullis impulsibus ab hoc sacro con
tubernio obrumpatur Et hoc si
gnatur in Ewangelio tercie dominice
ubi agit de navicula fluctibus
agitata ibi ascendente ihesu in
naviculam Quarto ad disposi[tum]
thalamum invitatur ut sponsis
castis pociatur amplexibus ab
omni molestia se passionibus ab
soluta Et hoc signatur in Ewangelio
quarte dominice ubi pater fami
lias mandat zizania colligere
et alligari in fasciculos ad com
burendum Triticum autem i. fideles
in suas horrea congregari ibi

Simile est regnum celorum homini
qui seminavit Secunda pars
principalis dividitur in septem secundum quod con
tinet vii Ewangelia In quarum primo
dominus nos tamquam devios et a se
separatos ad se pie revocat et in
vitat per denarii pollicitacionem in eo
quod omnesque laborantes in vinea
denarium diurnum pro quo premium
eternale eterne visionis intelligitur
Et hoc fit in ewangelio septuagesime
ubi agitur de operariorum in
vineam vocacione et eorum remun
eracione Secundo nos instruit de
primis invitantis audicione docens
quomodo verbum dei audire debemus
fructuose et hoc in ewangelio sexagesime
ubi agitur de semine ubi dei Tercio
nos ad compassionem inducit per sue p
assionis memoracionem et ut suam
passionem compassive oculis limpidis
contemplemur ad hoc nos ad
monent intellectualis oculi nostri aper
cionem et utrumque horum fit in
Ewangelio tam de christi passione quam
de ceci illuminacione Quarto quia
hostis per suas temptaciones nos
ad conversionem retrahere conatur
docet nos salvator hostis temp
tacionibus resistere per suarum te
mptacionum superacionem et fit in ewangelio
prime dominice quadragesime ubi agitur
de christi temptacione Quinto ad con
sionem nos allicit per sue glorie
manifestacionem et hoc fit in Ewangelio
secunde dominice ubi agitur de christi
transfiguracione Sexto nos eri
pit a demonio quo per peccatum
obsessi eramus liberat per viciorum
eorum expulsionem et hoc in Ewangelio

tie domine ubi igitur demonium eiec
tū Septimo nos ad se reuocat vel
conuersos amicos purgatos pane in
fecto reficit per multiplicatatis gre
consolacionis Et hoc in ewangelio quarte
domince ubi agitur de quinque panibus
Et hec est summa istius tocius partis
in generali Sequitur sermo de

Nuptie facte sunt in
Chana galilee Et
erat mater ihesu ibi
vocatus autem est et
ihesus et discipuli eius ad nupcias per
Secundum magistrum est legem con
dere eius est et interpretari de
clarare et approbare Cum igitur
deus in terrestri paradiso legem nupci
alem condiderat post modum aut heretici
nupcias dampnantes surrexerunt
ipse dominus volens legem quam conde
rat conseruare et approbare nupcias
tamquam licitas et honestas dignatus
est sua corporali presencia honorare
ac miraculorum causa nupciarum sua
rum signorum inicia conseruare
Et de hoc est presens ewangelium quod
hec tres partes In prima ponitur cristi
et discipulorum ad nupcias inuitacio
In secunda parte describitur aque in
vinum miraculosa mutacio ibi et defi
ciente vino In tercia parte subditur
facti miraculi euidens demonstracio
ibi et dixit ihesus haurite nunc et fe
rte Dicas quia primo ponitur nupciarum
celebracio Secundo describitur con
uiuarum inuitacio ibi et erat
mater ihesu ibi Dicit ergo primo nup
tie facte sunt tangens locum dicens
In chana galilee Chana enim quidam
vicus in confinio galilee unde fuit
Symon zelotes qui ab hoc dictus
est cananeus quia de cana natus
et distat quatuor miliaria a na
zareth Sed queritur hic de duobus

primo quando et quo tempore facte fue
runt ille nupcie De hoc est triplex
opinio Quidam dicunt quod eo
dem tempore quo cristus baptisatus
fuit fuerunt hee nupcie quibus
contradicit littera Mathei et Marci
dicunt enim statim post baptismum
ductum in desertum Alii dicunt
quod hoc fuit inter diem baptismi
cristi et pascha in medio sequens
ita quod quando cristus bapti
satus est statim ductus est in de
sertum et fuit ibi quadraginta
diebus Quibus peractis vocauit
discipulos et sic cum eis iuit ad
nupcias ut hic dicitur et in
proximo pascha et tempore eiecit
vendentes et ementes de templo
ut dicitur Johannis ii Et isti vi
dentur dominum baptisatum fuisse
triginta trium annorum et pre
dicasse tribus annis et aliquid plus
Et secundum hanc opinionem
vixit triginta tribus annis inte
gris et tantum de quarto quantum
fuit a natali usque ad pascha
Alii dicunt et hoc est commune
secundum magistrum in hystoriis quod
eodem die quo baptisatus est
reuoluto anno fuerunt ille nu
pcie et hanc opinionem approbat
ecclesia que tenet hec tria eodem
die sed reuolutis annis esse
no me demergat tempestas aq
i. no me conuincat congeries tri
bulacionis hec aqua in istis
conuertit in vinū leticie et exul
tacionis ps et vinū letificat cor
hominis nam in istis nupcijs nul
tribulacio esse potuit quia no
hz amaritudine omnibus eius sz
leticiam et gaudium et hoc no
mi mirabilem est q triplicia
conuiti in gaudiū seu in leticiā
vn Jo 4. omnis qui biberit ex
aqua sitiet iterū quia multoplus
voluptatis corp gustatur tanto am
plius desideratur hec aq conu
bitur in vinū cōpunctionis et re
dilectionis ps potasti nos vino
cōpunctionis et cant 8. dabo tibi
poculū ex vino condito i. dabo t
compunctionem ex amore vero tercia
est aqua terrene fluxibilitatis
vn ps qui fundavit terram super
aquas quia vita terrena funda
ta est sup fluxibilitatem pmi
misse hec conuiti in vinū interne
suauitatis qn vinū propinatur
aie in gustu diuine dulcedinis
et pgustacionem eterne suauitatis
et felicitatis z hec no nisi in iubi
lo et raptu de hoc vino efflu
ent bibit sponsa cant 2 cū
ait introduxit me ~~dns~~ rex
in cellam vinariam mea de
lectatio affluent inebrians
mentem in iubilo et in raptu
hoc vino inebriatus fuit pe
trus qui ex sola corporali visione
sibi ostsa transfiguracionem tanta
suauitate repletus fuit q di
xit domine bonum est nos hic

esse nesciens quid diceret ad modicum
ebrius de hoc vino biberat apostolus
paulus cum esset in rapta nesciens
an in corpore an esset extra corpus
tunc anima sua de hoc etiam bibe-
runt [illegible] quam ma-
gna multitudo dulcedinis tue
domine dicit etiam bernardus augustinus
stat cum [illegible] aliquando intromittis
tis me domine in affectum inusita-
tum nescio quam dulcedinem que
si perficiatur in me nescio quid erit
sed scio quoniam vita illa non erit

Cum descendisset
ihesus de monte

secuti sunt eum turbe multe et
ecce leprosus veniens adorabat eum
dicens domine si vis potes me
mundare et extendens manum tetigit
eum dicens volo mundare et confe-
stim mundata est lepra eius et ait
illi ihesus vade nemini dixeris
sed vade ostende te sacerdotibus et
offeras munus tuum quod precepit
moyses in testimonium illis etc.

Boni magistri est doctrinam
suam factis comprobare
hinc est quod cum salvator in cena
[illegible] simonem in omnibus preceptis [illegible]
christiana vita formam perfectis ut dicit
Augustinus mox descendit ad operacionem
signorum et per virtutem miraculorum
sermo confirmaret ut ait glossa
Duo mirabilia in hoc evangelio nar-
rantur a domino facta scilicet leprosi munda-
cio et paralitici curacio et secundum
hoc presens evangelium in duas partes
principales [illegible] prima incipit ibi
cum introisset ihesus capharnaum
Circa primum tangitur [illegible] primo

de monte per descensio ihesu mons
secundum iohannem erat mons thabor in
quo dominus simonem fecerat subditur
autem turbe sequela quia secuti
sunt eum turbe multe multe enim
turbe venerant propter ihesum
descensum eius prestolantes que
in montem nequaquam ascendere po-
terant sed secute sunt eum descen-
dentem ut dicit origenes quidam propter
caritatem ipsius quidam propter doctrinam
nonnulli propter ammiracionem et cu-
riositatem Secundo ponitur leprosi acce-
ssus ibi et ecce leprosus veniens
adorabat eum iste leprosus fuit
unus illorum qui prestolabantur
descensum de monte non erat qui-
cumque leprosus sed ut ait lucas
erat vir plenus lepra Et nota
secundum crisostomum quod ille simpliciter non pete-
bat curacionem sicut ab artifice me-
dico homine sed adorabat eum
quasi deum [illegible] licet
lepra sit incurabilis secundum naturam iste
leprosus venit ad celestem medicum
qui est medicus super naturam eum
curavit Item nota quod [illegible] oracio
fit expressio desiderii ad deum [illegible]
[illegible] desiderium [illegible]
de natura sicut patet [illegible]
omnibus et prostracionibus [illegible]
multis [illegible] vero iste leprosus
desiderium suum expressit [illegible]
[illegible] reverencia quia adoravit [illegible]
[illegible] ut dicit [illegible]
ex timida verecundia quia prodigit
[illegible] infirmitatem ut dicit lucas
[illegible] Tercio ponitur eius oracio
quia dicit domine si vis potes me
mundare quod dicit secundum origenem voluntatis
tua opus est et opera tua voluntati
Dubitaret autem [illegible] ille le-
prosus haberet fidem quod eum

dominus curare posset dicendum
quod licet ille leprosus non fuit in
monte cum domino audiebat tamen
famam doctrine eius qua audita
credidit quod tanta sapiencia absque omni
potencia dei esse non posset. Un-
de multum comendanda est fides istius
leprosi qui nullo adhuc signo miraculi
sed sola fama doctrine credidit. Ita
ut dicit magister in historiis. Mundacio
leprosi fuit primum miraculum quod
dominus operatus est ex quo cepit
predicare. Et addite quam
subtilit ille leprosus formaverat
oracionem suam opus sue munda-
cionis a tota civitate postulando
nam in eo quod dixit domine personam
ubi tangit. In eo quod dicit si vis
personarum significat inimicum in eo vero quod ad-
dit potes personam patris assignat
Et sic dicit Crisostomus non dixit si ro-
gaveris deum sed si vis potes et non
dixit domine munda sed ei totum concessit
et dominum eum vocavit et potestatem
universorum ei attribuit. Notandum
eciam secundum Crisostomum quod ille leprosus domino
quasi spirituali medico spiritualem
offerebat mercedem nam sicut
medici pecuniis ita deus oracio-
ne placatur. Nichil enim dignius deo
offerimus quam orationem fidelem. Item
notandum secundum Crisostomum quod dum
hic quod dicit si vis non dubitat de
voluntate ad omne opus bonum pietatis
Sed quia non omnibus expedit cor-
poralis integritas nesciens utrum ei
expediret curacio illa dicit ergo si vis
ac si dicat Credo quia bonum est
sed utrum nescio aut si michi prodest
quod desidero. Quarto ponitur
miraculi operacio ibi Et exten-
dens manum inquid illam qua(m) fabri-

cavit celos extendit largiter et tetigit
misericorditer et tactu sue mundi-
ssime carnis maculam lepre abster-
sit. Quia ut dicit Theophilus
Cristi sacra caro est purgativa et
vitam tribuens sicut verbi verbo
dei caro. Sed videtur dominus fecis-
se contra legem quia prohibetur tan-
gi lepra Levitici 13 et dicendum
secundum Crisostomum quod ideo pre-
cepit non tangere lepram quia non
potuit facere ut non sordidaret tangen-
tem. Sed dominus non sordidatus
est sed sordes mundavit illius legis.
Deinde additur verbum domini volo
mundare leprosus dum vocat condi-
cionaliter sed dominus respondit indicative
volo. Item dixit leprosus potes
sed dominus imperans mundare. Ubi
secundum Crisostomum non est legendum
coniunctim volo mundare quia hoc
quia ibi mundare stabit infinitive
sed est legendum separatim ut primo
dicatur volo deinde subiungatur
mundare. Deinde subiungitur lepro-
so mundare et confestim mundata
est lepra eius quia ut dicit Crisostomus
Iste non distulit confessionem non enim
tardavit credere. Ideo dominus non
distulit mundacionem. Et non secundum
Crisostomum quod ista dicitur confestim tar-
dius profectum quam opus sanacio-
nis sequat sunt factum. Quinto po-
nitur mandati munus imposicio et ait illi
Ihesus. Ubi primo autem mandatum ei im-
posuit non enim mandavit ei ut pe-
cuniam offerret vel alia dona mo-
re medicorum vel ipsum glorifi-
caret coram hominibus in oe ph...
Sed primum dedit sibi mandatum ut
celaret miraculum unde dicebat
Vade et nemini dixeris quae ad
ei hoc precepit quia videntur

esse cause Secundum Crisostomum prima
est causa secundum Ambrosium ut
nobis daret exemplum quod de no
stris operacionibus ostentacionem et
gloriam non queramus Secunda
quia ut Crisostomus Nondum erat
tempus Christi opera predicari quod
committendum erat apostolis Tercia se
cundum Ambrosium quia meliores
sunt qui fide spontanea credunt
quam sperantes beneficiis Quarta
secundum Jeronimum et Euthimium quia
non erat opus ista predicare quia
evidencia operis demonstrabat
7a causa potuit esse quia prius
expectandum erat iudicium sacerdotum
ad quos secundum legem pertinebat
iudicare de lepra ut sequitur
Notandum quod misit eum ad
sacerdotes propter quinque causas prima
secundum Jeronimum propter humilitatem ut
sacerdotibus deferre videretur
Secunda fuit eciam ut sacerdotes in
dato leproso si crederet salva
rentur si non crederent inexcusa
biles Tercia secundum eundem
et eciam Crisostomum quia non propter legis
consuetudinem ne legem infrin
gere videretur quod in ipso sepi
ssime criminabantur Quarta
secundum Crisostomum ut recognosceret
quia non per legis consuetudi
nem sed per gracie operacionem mundatus
est Quinta quia licet esset mun
datus non tamen reputabatur mun
dus nec admittebatur ad coha
bitacionem aliorum nisi sacerdotum
iudicio Tercium preceptum est sacri
ficium dicitur Et offer munus quod
precepit Moyses in testimonium illis
Nota quod mundatus aliquibus bis
offerebat primo antequam ca
stra ingrederetur offerebat

duos vivos passeres cum ligno cedrino
et postea die octava offerebat duos
agnos vel unum si pauper erat de quo
niti et modo oblacionis que sequitur
ibi Et hoc erat munus quod dominus
iussit isti mundato offerre et quod
addit in testimonium illis id est in attes
tacionem facti mei et in confusionem
eorum secundum Crisostomum Quod dominus
previdit eorum vacio nichil profecturos
sed in sua malicia mansuros Unde
miracula illa fuerunt in testimonium
incredulitatis eorum quia dum
ea viderunt sanacionem leprosi
approbabant et tamen in Christum cre
dere nolebant vel ideo dicit in
testimonium illis secundum Crisostomum ut si
postmodum eum expellere vellent di
ceret eis miracula mea quasi ex
mandata recepistis et quomodo
me quasi leprosum expellitis etc.

Cum autem introisset Ihesus
Capharnaum accessit
ad eum Centurio rog
ans eum dicens Domine puer meus
iacet in domo paraliticus et male
torquetur Et ait illi Ihesus Ego
veniam et curabo eum Et videns
ait Domine non sum dignus ut intres
sub tectum meum Sed tantum dic verbo
et sanabitur puer meus Nam et
ego homo sum habens sub potestate con
stitutus habens sub me milites et
dico huic vade et vadit et ali
um veni et venit et servo meo fac
hoc et facit Dominus per istos etc.

Secundum secunda pars
Ewangelii de paralitici
curacione Et dividitur
in duas partes In prima parte po
nitur Centurionis fidelis postulacio In
secunda subditur eius fidei commen

dicto ihesu Audiens autem ihesus miratus
est Circa primum tria facit Primo ponitur
Centurionis accessus ubi Cum autem
introisset capharnaum Est autem
capharnaum nobilior civitas galilee
unde eciam capharnaum interpretatur
villa pinguedinis vel agri consola
cionis accessit ad eum Centurio Cen
turio dicitur qui centum prest militi
bus Et enim iudea habebat milites ro
mani imperii ut dicit Augustinus
Nota quod ille non personaliter accessit
ad dominum sed ut dicitur luce vii
Audiens de ihesu tanta miracula ha
beret servum carissimum proximum mor
ti misit seniores Iudeorum ad
christum qui rogarent pro salute sanitate
servi Non enim personaliter accessit
quia non reputabat se dignum presencia
christi Cum autem christus cum senioribus
iret ad domum eius Iste hoc au
diens misit ad eum ut non declina
ret ad suum hospicium quia non erat
dignus eum recipere sed tantum
imperaret verbo et sanaretur pu
er meus unde hic oritur questio
quare Matheus dicit eum accessisse ad
christum Cum lucas dicit seniores
misisse Ad quod quidam dixerunt
non eundem fuisse centurionem de quo lo
quitur Matheus et lucas Sed secundum
Crisostomum hoc non est verum Idem enim
est de quo uterque loquitur Sed adver
sitas illa inter ewangelistas triplicater
tollitur Primo quidem secundum Crisostomum
quia Centurio ille personaliter accedere
volebat Sed iudei quasi blandien
tes illi dixerunt quod non oporte
bat quod ipse laboraret Sed
quod ipsi irent et christum adducerent
Et sic Matheus considerata voluntate
Centurionis dixit quod accessit ad
illum Secundo ut dicit Augustinus

Quoniam ea que aliquis per alios
facit ipse facere dicitur Ex quo
eciam seniores iudeorum nomine
Centurionis accesserunt ad dominum
et ipse Centurio dicitur accessisse
Tercio secundum Augustinum Matheus voluit
commendare Centurionis fidem quia
cum fide accedit ad deum magis
accessit Centurio ad christum quam ma
gis credidit quam seniores missi
qui non crediderunt Secundo
ponitur Centurionis peticio rogans
eum dicens et domine qui eum dominatur
puer meus id est servus iacet in
domo mea non quidem hospitali
vel platea sicut faciunt mali domini
qui suos eiciunt cum incipiunt in
firmari Est autem paralisis trem
or et dissolucio membrorum et
male torquetur Ecce dolores
afflictio Et sicut dicit Rabanus
Omnia illa cum dolore expressit
et detentum iacentem paliticum et
detentum Et hoc ideo ut sue anime
angustias demonstraret et deum
commoveret et attende quod solam
infirmitatem exponebat Sciebat
enim secundum Crisostomum quod christus potens
erat ad faciendum sapiens ad intel
ligendum et misericors ad exaudi
endum Ideo infirmitatem tantum expo
suit Remedium autem sue infirmitatis inve
nit Tercio ponitur benig
na responsio Et ait illi scilicet cen
turioni sed cui loquebatur scilicet absens
efficacius eum loquebatur cordi
eius quam senioribus qui erant pre
sentes Ego veniam personaliter non
mittam petrum ut audiam et
curabo eum misericorditer Et non
secundum Crisostomum quod nunquam fecit
dominus quod hic fecit ubique enim
sequitur voluntatem postulancium

postulancium. Hic autem prescit et tamen
se promittit se ire ad domum. Et hoc
propter primo ne despectum videtur
habere servum humilem et similem
condicionem. Nam et ipse cum esset
dominus omnium pro nobis factus est ser-
vus. Item quia virtutes et fides
Centurionis scilicet humilitas caritas
et prudencia hec merebantur ut
Christus intraret domum suam. Circa
ponitur Centurionis devota responsio
quia fuit humilis reverens fidelis
et prudens. Humilis quidem quia
non venit per seipsum Christo quia
ut dicit Lucas non reputabat dig-
num se loqui Christo sed ut idem dicit
Audiens ipse quod Christus ad domum
suam accederet misit ad ipsum ami-
cos dicens verba subsequencia. Re-
verens etiam fuit in responsione ait
enim Domine tibi omnimoda reverencia
est exhibenda. Non sum dignus
ut intres sub tectum meum. Ecce
quanta reverencia quanta humi-
litas. Et nota quod indignum se
reputabat presencia Christi forte pro-
pter conscienciam gentilis vite sue vel
quia in domo sua habebat ydola.
Fidelis etiam fuit eius responsio
unde subdit ~~et sanabitur anima mea~~
sed tantum dic verbo scilicet isto quo de ni-
chilo cuncta produxisti et iussisti
et sanabitur puer meus. Ecce quanta
fides. Sciebat enim ut dicit Crisostomus
quod angeli invisibiles Christo assi-
stunt qui ad imperium eius virtutes
et miracula operantur et ille ordo
angelorum qui virtutes appellantur
Et si angeli cessent preceptum eius
infirmitates eius expellunt. Fuit
etiam prudens eius responsio se-
cundum Ieronimum quod intra tegu-
men corporis latentem vidit

divinitatem. Et nota quod illud verbum
Centurionis Domine non sum dignus
etiam tante efficacie fuit quod secundum
Augustinum dignum se fecit quod
non tantum ipsius hospitium intraret
sed ut in corde ipsius Christus habitaret
quia ad recipiendum corpus Christi
in sacramento eukaristie nullus
est dignus. Ideo secundum consuetudinem
fideles cum ad mensam Christi acce-
dunt verbis Centurionis edocti di-
cunt eadem verba Domine non sum
dignus ut intres sub tectum meum
sed tantum dic verbo et sanabitur anima
mea ut scilicet virtute illorum verborum
digni efficiantur. Fuit etiam prudens
fuit Centurionis responsio ostendit per
hoc quod per fidem suam quam
expressit dicens tantum dic verbo pru-
denti argumentacione confirmat dicens
Nam et ego homo sum sub potestate
alterius puta tribuni vel imperatoris
constitutus et habens sub me milites.
Ita quod ego alteri forcior et alii
subiciuntur michi isto non obstante
scilicet quod alteri forcior. Et dico huic
scilicet isto vade et vadit alii veni
et venit et servo meo fac hoc
et facit. Tunc subplendum est se-
cundum glosam. Ita quoque tu dic
potes sine corporali presencia dicere
infirmitati ut vadat et sanitati
ut veniat. Nichilominus etiam
angelis tibi servientibus potes
dicere ut hec miracula faciant et
facient. Et notandum quod illa
argumentacio duobus modis
formari potest. Uno modo secundum
quod arguatur per locum
a minori sic. Et ego sub potestate
constitutus nichilominus potestatem

hec iubendi multo magis et tu po
tes tu seruire omnibus potestatibus. Alio
secundo est ut sit argumentatio
a simili q. d. sicut ego sum sub po
testate iubendi alios sic et tu qua
uis sis sub potestate positus / inquantum
homo habes potestatem iubendi angelis
ita quod uix se et xpm non oporet dimi
serat sed similis ut dicit Crisostomus
Moraliter per istum leprosum signatur
peccator dicitur enim lepra reddit ho
minem aliis abhominabilem. Sic p
eccato anima abhominabilis est
deo et angelis. Unde ps. de pecca
toribus sic inquit / corrupti sunt
et abhominabiles facti sunt omnes in
iniquitatibus suis. Exemplum in
vitis patrum de heremita sepeliente
quadriduanum mortuum de madato
angeli assistentis sibi / heremita aut
fortiter obturaret nares propter feto
rem cadaueris non angelus / accidit
aut quod iuuenis pulcherrimus et io
cundus et vestimentis pulcris
ornatus ibidem transitum faceret et tunc
angelus obturauit fortiter nares dum
ille iuuenis longe recessisset. Qui
rogante aut heremita ab angelo cur
obturauit nares transeunte iuuene
et non ad fetorem cadaueris quia
ego inquid angelus fetorem cadaueris
huius non sentio. Sed anima illius
iuuenis ita abhominabilis est et
fetida quod fetorem eius sustine
non possum. Item lepra est con
tagiosa et periculosa est cum lepro
sis morari. Ita peccatores contagi
osi sunt et inficiunt alios ad pecca
ndum et ideo periculosum est con
uersari cum eis p. in. Fili mi

ne ambules cum eis prohibe pedes
tuos a semitis eorum pedes enim
eorum ad malum currunt. Item
leprosi locantur contra alios ho
mines et ita contra gratiam dei est
positus et extra castra fidelium. Cuius
cum peccatum est contra communionem
ecclesie ut dicitur 6 q.

Audiens ihesus mira
tus est et sequen
tibus se dixit. A
men amen dico
vobis non inveni tantam fidem in
Israel. Dico aut vobis quod multi ve
nient ab oriente et occidente et
recumbent cum abraham ysaac
et iacob in regno celorum. Filii a
regni eicientur in tenebras exterio
res ibi erit fletus et stridor dentium.
Et dixit ihesus Centurioni vade sicut
credidisti fiat tibi. Et sanatus est
puer in illa hora.

Hec subditur fidei Centurio
nis commendacio et habet
quinque particulas. Prima na
ra ponitur xpi admiracio ibi Au
diens aut ihesus miratus est et re
ibi dicit crisostomus. Attende quantu
sit et quale quod deus unigeni
tus non miratur aurum diuitias
regna potestates principatus in potestate
enim sunt tanquam vel flos de
cidens vel horum introspectu
eius est mirabile quam magnum
vel preciosum sed cum fidem istius
Centurionis miratur honorificat
et acceptabile sibi estimat. Sed
queritur cum enim admiracio consurgit
ex ignorancia non effectus cuius
causa ignoratur / quomodo xpus
potuit mirari cum omnia nota sunt
etiam antequam fiant. Ad causa

fidei istius enim non latebat Mirum
est secundum Augustinum quod hoc quod
miratus est dominus nobis mirandum
esse signat fides enim ipsa admiranda
erat Et ideo propterea admodum mi
rantis se finxit ut nos instrueret ut
fidem hanc miraremur Deinde ist
ius commendatur fides in comparacione
ad alios Unde dixit sequentibus
se amen amen dico vobis non
inveni tantam fidem in israel Ecce
quanta laus fidei istius que sibi
omnibus anteferetur Unde oritur
questio Si fides istius maior
fuit patriarcharum prophetarum
aut fide apostolorum aut beate marie
virginis dicendum secundum Jeronimum
quod hoc verbum est intelligendum est de
presentibus non de omnibus vetris pa
triarchis apostolis prophetis qui fue
runt fidei nostre principium nec tamen
de omnibus presentibus sed exclusiuis
quibus loquebatur puta apostolis vel
secundum Crisostomum si volumus h
uius fidem preferre fidei apostolo
rum sic intelligendum est verum quod
bonum hominis secundum qualitatem
persone illius laudatur rusticum
enim est dicere hoc sapientum enim ma
gnum est quod de philosopho non erat
mirum sic hic non est equale in
deum credere et gentilem vel secun
dum Crisostomum intelligendum est quantum
ad originem credendi quia aliqui
visis pluribus signis crediderunt
Iste autem nullo miraculo viso sed
tantum audito credidit Secundo
ponitur gentium futura salvacio quod
enim in Centurione erat tanta fi
des quod propterea futuram fidem
gentium predicit dicens dico vobis

quod multi non omnes quia non omnes
obediunt ab oriente et occidente id est
ex omni parte mundi venient scilicet ad fi
dem et unitatem ecclesie Tercio ponitur
fidei firmatis recumbent id est requie
scent et epulabuntur cum Ysaac
Abraham et Ysaac Jacob quorum
fidem imitati sunt in regno celorum
ubi lux et gloria et longanimitas inte
rne Et nota quod fidelium premium
hic ter exphicite commendatur primo
a spiritualium epulacione quod dicitur recu
bent et requiescent Epule autem
ille non erunt carnales sed spirituales
sunt quas nec oculus vidit vidit
nec auris audivit Item commendatur
a dignitate consorcii quia Abraham
Ysaac et Jacob qui sunt patriarche
patrum Item commendatur a visione
dei cum dicit in regno celorum
ubi est visio dei et habundantia
omnis boni Quarto ponitur pe
ne infidelium comminacio ibi filii au
tem regni id est iudei ubi predicit explicite
penam infidelium quia ibi carencia
divine visionis ubi dicit filii au
tem regni id est Judei secundum Crisostomum in
quibus deus antea habitavit et re
gnavit eicientur in tenebras ex
teriores Tenebre sunt tenebre inte
riores sicut ignorancia vel peccatum
fidei Alie dicuntur tenebre exte
riores scilicet pene infernales Illa enim est
terra tenebrosa ubi nullus ordo sed
sempiternus horror inhabitat Ideo
infideles in illas tenebras eicia
ntur quod non repulerunt a se
interiores tenebras Alia pena est
quia ibi erit fletus et stridor
dentium Prima sicut dicit Remigius

Lacrimabunt oculi vehemencia ardoris
et fumus ignis inferni in quo calorem
intollerabilem et frigus horridum
sustinebunt secundum illud Job. Tran-
sibunt ab aquis nivium in calorem
nimium. Tercia pena est vermis
consciencie que notatur cum dicitur
Et stridor dencium quia ut dicit
Rabanus Stridor dencium prodit
indignantis affectum eo quod sero
peniteat sero sibi irascatur quod
tam opportunam probitate delic(tis)
Consciencia autem ipsa quasi vermis sic
invalut et pungit dampnatos
unde pro indignacione dicuntur scribe
stridere dentibus Juxta illud peccator
videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet
quia desiderium peccatorum peribit
Christo ponitur penitencie centurio-
nis exaudito et dixit illius
Centurioni vade pro fide de veritate
venite motivate et sicud credidisti
fiat tibi solo verbo absque corporali
presencia quo possum sanare puerum
tuum tunc fiet tibi scilicet gracia. Et
sanatus est puer perfecte in illa
hora qua Christus predixit hoc enim
fiat. Sicut enim eius verbo cuncta creata
sunt Gen. i. Fiat lux et facta est
lux. Considera secundum Rabanum
quantum valeat intercessio fides propria
quando tantum valuit precedens sed et
fides aliena. Moraliter per istum pu-
erum Centurionis significatur peccator
quia quatuor mala in-
currit peccator propter peccatum suum
que signantur per quatuor co-
diciones istius pueri. Primum sic ma-
lum est Servitus peccati et promptus
ad peccandum unde dicitur de
illo puero quod erat servus qui-
cumque facit peccatum servus est pecca-

Johannis 8 peccatum enim cum homini
dominatur facit eum promptum ad pe-
ccandum unde ex uno ad aliud
tendit ut dicit Gregorius peccatum
etiam ultimus ducit ad aliud secun-
dum illud Jeremie 1 similiter
te faciam inimicis tuis (scilicet) demonibus
Secundum malum est in pena ad
bene operandum quod signatur
per iacentem unde dicitur quod
puer iacebat. Jacentes enim
nichil operantur et nichil o-
perari possunt. Jacet ergo peccator quia
nullum operari bonum meritorium
Nam aliquando iacet in igne
iracundie aliquando in luto lux-
urie aliquando in spinis avaricie
Ecce qualem sibi fabricant domum
miseri peccatores et lectum. Quia ecce
hora est iam nos de sompno sur-
gere. Tercium malum peccatoris est
timor et tremor semper enim peccator
est in tremore. Pavebit etiam ad
sonitum folii quod per paralisim
signatur ex qua fit dissolucio
et tremor membrorum. Ecce quo-
modo in continuo tremore est peccator. Si
dicitur sibi quod det elemosinam
aut mala ablata restituat timet
ne deficiet. Si dicitur ut ieiunat
timet ne esuriet. Si dicitur sibi quod
confiteatur sua timet verecundiam.
Si dicitur sibi quod faciat penitenciam
et satisfaccionem de peccatis timet de
afflictione corporis. Ecce quomodo
iste paraliticus tremet. Quia de ta-
libus dicitur in psalmo Illic trepi-
daverunt ubi non erat timor.
Quartum malum est afflictio penis
et signatur per hoc quod de isto
puero dicitur quod male torquetur.
Quia teneas omnis peccator torquetur
in seipso dicit beatus Augustinus

in libro .i. confess. Iussisti domine et
ita est ut pena sibiipsi sit omnis in
ordinatus animus et hoc propter
vermem consciencie qui semper pun
git et rodit Unde sapie .11. dicitur
quod semper presumit seva perturbata
consciencia Et aliis eciam male torq
uentur peccator dum au(…)ritur quis est qui
acquirat omnes divicias (…) mundi
oblectamenta corporis (…) sunt in
torquentur quando considerit (…)
pulchritudinem (…) in quibus ia
cet et penas infernales quibus
eternaliter subiacebit eum resilit
penitencia etc.

Cum introisset ihesus in
capharnaum accessit
ad eum Centurio etc. Mat.
8 Dicit dicat Augustinus super Jo
hannem Deus venit ad nos dum
venimus ad eum hec namque est
felix et salutifera reciprocacio inter
deum et nos quod si nos ad deum
venimus ipse venit ad nos hanc
vicissitudine amoris mutuo sibi
deserviunt sponsus et sponsa in
cant. mutuo se invitantes Dicit enim
Sponsa cant. 7 veniet dilectus
meus in ortum suum et mox in sancte
sponsus subiungit veni in ortum
meum soror et mea sponsa, ortus
quidem ille in quem se mutuo invi
tant est mens fructificativa virtu
tum que eciam intelligitur per
capharnaum que interpretatur
ager pinguedinis quod autem dicitur
in auctoritate proposita Cum introisset
ihesus in capharnaum accessit ad
eum Centurio In eo secundo accipiendum
est ut sic dicetur Cum deus intrat
animam accedit anima ad deum
in quibus verbis tria implicantur
primum est dei ad animam graciosa di
gnacio Secundum est anime ad
deum amorosa accessio Tercium est ihe
anime graciosa condicio primum innuitur
in eo quod ihesus intravit capharnaum
per quod mens fructificativa virtutum
designatur Secundum intelligitur
in eo quod dicitur accessit ad eum id est
quia accessus spiritualis ad deum signatur
Tercium ostenditur in nomine centurionis
per quem nobilis anima designatur
Circa primum est sciendum quod anima in qua
deus introire dignatur debet esse dis
posita quo ad tria Debet enim esse fecun
da virtuali fructificacione secunda
spirituali consolacione unita virium
interna collectione primo dico quod
debet esse fecunda fructificacione vir
tuali Deus enim nunquam voluit esse
nisi in loco fructifero nec mirum
quia nec se ipsum continere potuit
sine fructificacione tanta enim est
divine bonitatis fecunditas quod
non permisit eum esse sine (…)
ut dicit Dyonisius Germinavit
enim divina natura tam ab intra ge
nerando filium quam ab extra ge
nerando creaturas Unde et hanc
naturam omnibus rebus indidit ex
perpetate divini boni debet germinare
quolibet bonum generativum sui est dif
fusivum Unde in prima rerum cre
acione singulis creaturis precepit ut
germinarent Gen. 1 Germinet ergo
terra herbam virentem in genere
suo et iterum producat terra animam
viventem Omnibus quoque animantibus
precepit dicens Crescite et multi
plicamini et replete terram Unde
eciam sterilitas in lege maledicta fuit
Et si hoc in temporalibus multo
magis in spiritualibus in quibus fecun
ditas tanto magis commendatur
quanto magis anima nobilior est
corpore Ideo deus a nulla anima que
est infructuosa vult recipi quia

nec in seipso potuit se sine gaudio
continere. Unde sapientia increata
Eccli 24. Ego sicut vitis fructi-
ficavi suavitatem odoris et flo-
res mei fructus honoris et
honestatis. Invenimus eciam quod
deus concipi voluit in nazare-
th quod interpretatur flos, et na-
sci in bethleem quod interpretatur
domus panis, et sepeliri in
orto, que omnia fructuositatem
important. Unde de mentibus
fructuosis dicit sapientia increata
Prov 8. Delicie mee esse cum filiis
hominum. non dicit cum hominibus
sed dicit cum filiis hominum ad de-
signandum propagacionem virtuosam.
Et si queritur quare delectetur esse
in mentibus virtuosis et potest dici
quod huius racio est quia fecundi-
tas virtualis est quedam forma-
lis impressio divine assimilacionis.
Unde Iohannis primo. Omne datum
optimum et omne donum perfectum
desursum est et descendens a patre
luminum. propter quod apostolus virtutes in no-
bis vocat fructus lucis Ephe 7.
Fructus autem lucis est in omni
bonitate iusticia et veritate. et
quoniam omne simile diligit sibi
simile, hinc est quod deus de-
lectatur esse in mentibus fructu-
osis et hec fructuositas virtual-
iter innuitur in nomine capharnaum
quod interpretatur ager pingue-
dinis. Et de quali agro tali dicere
posset salvator illud Gen 27.
Ecce odor filii mei sicut odor
agri pleni cui benedixit dominus.
Secundo dicitur quod debet esse
iocunda spirituali consolacione. Non
enim habitare vult deus nisi in
loco mundo et iocundo. unde

cum ipse creasset celum et terram ipse sibi
celum tamquam locum iocundiorem
elegit iuxta illud ps. Celum celi domino
terram autem dedit filiis hominum. Sed
unde deus est cum tribulatis iuxta
illud ps. Cum ipso sum in tribulacione
eripiam eum et glorificabo eum. Quod
[illegible] non vult esse nisi in
loco iocundo. Ad quod dicendum
[illegible] tribulatos deserere videatur
ad tempus. Unde ipse in tribulacione
dicebat. Deus meus ut quid dere-
liquisti me. finaliter tamen quando venit
iocunditate et exultacione secum ad-
ducit et sic animam iocundam facit.
Non enim habet amaritudinem conversa-
cio eius sed gaudium et leticiam et
hoc innuitur in hoc nomine cap-
harnaum. Quod secundum aliam tran-
slacionem dicitur villa consolacionis
et bene sequitur ad primum quod ubi-
cumque est virtualis iocunditas ibi
est consolacio. Unde de talibus dicitur
Prov 12. Non contristabit iustum
quidquid ei acciderit. quod verum
est quia semper inveniunt materiam
gaudii in seipso abunde. Nec oportet
quod consolacionem querat ab extra.
Prov 17. dicitur secura mens quasi
iuge convivium. Et hoc tamen
ex divina qualitate tum ex vi-
ni vetustate tum convivendi
oportunitate. quia homo virtuosus
ut in suo actu bono invenit sibi
est valde gaudiosum quale gau-
dium beati non habent in patria.
Exemplum de quadam virtuosa
persona cui in revelacione dictum
est a Christo. Carissimi vos estis
qui adhuc vivitis in terris et multa
promereri possetis potestis. Quia homo
adquireret quanta in uno die pro-
mereri posset. Nec ut aspiciunt

exhilararet tanto cordis gaudio dilata
retur pro eo quod dies ista illuxis
set in qua die viveret et omne meritum
ad dei laudem augere posset quod
tota die ad omnia que facere deberet
alacrior redderetur. Hec igitur est quod
deum sancti in patria incomparabiliter
maiori gaudio perfruuntur de eo
quod iam possident [illegible] de
meliori. Nos tamen qui non [illegible]
statu merendi non absunde [illegible]
tinuitatem merendi in nobis cohibere ne
pote quia per hec seculum [illegible]
mus tanto excellentius quanto plus ge
rimus de meritis. Partibus namque
mentibus et iocundis libenter habitat
qui omnem invidiam elegit. Nota
de beata lucia dicitur et dictum fuit
michi tue fides tua subvenit. Et se
quitur quia iocundum deo in tua
virginitate habitaculum preparasti. Quod
est contra homines invidos qui in se
nullam materiam gaudii inveniunt
sed potius desolationem cum suos de
fectus conspiciunt. Ideo gaudium et
exultationem ab eo quesierunt. Sicut
ille fatue virgines que oleum. per
quod oleum leticia designatur. ne
habentes sed ab aliis oleum mendica
tes quesierunt. Et ad eas que aliqua
sunt animas non intrat neque in
habitat summa dulcedo quia amaritudine
plene sunt. Et quia in malivolam
animam non intrabit spiritus sapientie
sapientie primo. Talis enim e contrario nun
quam possunt esse leti quia semper
possunt secum perturbata consciencia
quam [illegible]. Tertio dico quod debet esse
unita virium [illegible] recollectione
in omni actu forti [illegible] agere
dicendo vel sustinendo oportet v
tuti inesse unita quia virtus uni
ta in se fortior est quam dispersa

ut dicitur in decimo. Patet hoc
in conflictu militari quia oportet
milites esse coadunatos ne di
vidantur per hostes. Item in po
licia civili et in quolibet regimine
yconomico vel monastico in quibus
in qua bene sit quidquid fieri debet
nisi sit in unione et concordia.
Et in quolibet actu ideo nisi sen
sibus et viribus anime. Unde
volentes aliquid perspicacius
videre congregant visum et
manum protegunt oculos vel te
stam perforatam applicando vel
nigrum colorem colore obiacen
do et similiter declarari potest de a
liis sensibus et viribus. Quanto
ergo virium est in omni opere bene per
agendo practico vel theorico
oportet hominem esse in se uni
tum et recollectum opus autem
maximum et excellentissimum
est in se capere deum. oportet ergo
animam in omnibus viribus suis
summe esse unita et recollecta.
Et talis anima vere celum dicitur
unde augustinus 12 confessionum. Ter in
vento quid libentius appellando
potero celum celi domino quia
domus tua contemplantis tue
delectationem tuam sine ulla de
fectu egrediendi in aliud eam
mentem sed pura mise concor
dissime unita et in te sta
bilis formata. Et ideo dixit
salvator regnum dei intra vos
est quod bene signatum est exo
di 3 ubi legitur quod cum
moyses minasset gregem ad
interiora deserti apparuit ei
dominus in rubo per gregem
intelligimus virtutes anime quas
pellere debet ad interiora. Spiritus ge
per desertum signatur vel
potest que omnia propter deum

describit etiam ad seipsum ad hoc di-
sponit anime etiam signatur per Ca-
pharnaum que est nobilior civi-
tas galilee quod interpretatur
transmigratio a sensibus ad intelli-
gibilia a fantasmatibus et omnium
spe creata ad nudam contemp-
lacionem divinorum ad quam quidem
transmigracionem anima non pervenit
unite ipsa unde oportet quod
ihesus intrat capharnaum per-
grinam suam quia animo admittet
ut omnes vires suas transcende-
valeat et fit ad divina transmig-
rare pro hoc admonet Augustinus
orans in libro de contemplacione
domini nostri ihesu christi eia domine in
cor tene mente terge amorem
erige animum suspende et in su-
perna fluenta os sicientis te fontis
trahe Taceant quaeso tumultus
carnalium delectacionum Conticescat
[illegible] aquarum et aeris sile-
at sibi etiam et transeat se non
cogitando sed te deus meus quoniam
tu es veneranda tota spes mea et
fiducia mea hec illa etc

Accessit ad eum Continuo
ubi tangitur ubi ta-
gitur sed videlicet s-
celis anime ad deum accessio anima
sa quod nimium in eo quod dicitur
accessit ad eum ubi videndum
est quibus quibus pedibus acce-
datur ad eum Dicit enim dicit
beatus Augustinus in epistola ad Macedo-
nium ad eum qui ubique est totus
non corporalibus pedibus nec sed
moribus mores anime nostre non ergo
eo quod diligit non dividicari so-
lent nec faciunt bonos vel malos
mores nisi boni vel mali amo-
res pedes ergo anime sunt affectus

et desideria Unde dicit [illegible] super
Cantica Simone I. quod non pedum
passibus sed desideriis acceditur ad
deum Sed nondum quia huius anime
pedes pedes oportet esse mundos
quia nichil coinquinatum intrabit
in istam scilicet mansionem quia pedes a-
nime quando per tanguntur terram me-
diante sensualitate unde pulveris ter-
ris eis adheret peccatis indigent sic-
quanti lotione et mundacione propter
quod dicit dominus Johannis 13 qui
lotus est non indiget nisi [illegible]
ut pedes lavet i. qui sine peccato
mortali est non indiget nisi capi-
tis locione racio huius est quia ca-
put mentis quod est superior pars
sive portio racionis in viris sanctis
non immediate coniungitur deo Sed
beatus Augustinus in libro de spiritu et anima
Secundo locione non indigent ma-
nus quia opera eorum munda sunt
propter mundiciam capitis ea in deum
ordinantis quia solum indigent locione
pedum quia impossibile est hominem
aliquando non peccare venialiter et
habere aliqua inordinacionem in sensu-
alitate propter continuam conversacionem
mundi unde contrahit aliquando
maculam Unde dicit Augustinus Ergo
impossibile puto non coinquinare
extrema anime et intima eius quam-
quam quis quo ad homines perfectus
reputetur Ergo qui licet discipuli
sunt domini solummodo indigent locione
pedum hos pedes inquinare timuit
sponsa Cantica 5 lavi pedes meos
Glosa Cogitationes meas quibus
aliquando terram tangere solebam quos
sceleris cogitacio compunctionibus
et fletibus ablui ut intrare merear
celestem patriam quomodo autem illos
coinquinabo ut dicit [illegible]

rabo illos formis et ymaginibus te
perabilibus cum etiam intellectuales co
paraciones et forme in hoc loco in
super intellectuali creacio ponentur
macle et offendicle Secundo
huius anime pedes dent esse veloces
ad ambulandum agiles Unde dyo
nisius de angelica Jerarchia sic
inquid pedes inceptiva signat v
tutem motiua et acute penetran
tem et ultatem super tendentez
ad diuina De hac pedum velocita
te gloriatur ppha in ps Qui per
fecit pedes meos tamquam ceruorum
Quod exponens Gregorius 2 d mo
ralium Ceruus cum montana mego
ascendit que aspera obiecta saltu
transgreditur donec ad superiora
eleuetur non solum currit sed et
saltat Ita etiam electorum mentes
quecumque sibi obuiae conspiciunt
saltu transcendunt donec ad superio
ra eleuentur Tercio debent huius
pedes recti ut sc ad preterita mala
non sint retorti Unde sanctis he
rem tlet aliis sectatoribus eius te
diatur illud ezec 1 pedes eorum
pedes recti Superaddit gregorius
hos pedes rectos non habent qui ad
mala munde que relinquerunt re
flectantur De quibus scriptum est
Canis reuersus est ad vomitum suum
Tales ergo omnes digne possunt ac
cedere ad cristum Tercium principale
ex fidelis anime condicio glosa tangitur
in eo quod dicitur centurio Centurio
est aliquis nobilis sub principe super
centum milites Unde per centurionem
intelligitur nobilis anima ne pote
inquam deus conatur venire et que
ritur ad deum accede eo quod
dictum est Tales inquit anima
sub solo deo constituta imperare
het omnibus creaturis quarum vni
uersitas tunc senario nostro puta de
nario nostro inscripto reducitur significatur

Unde Augustinus super gen ad literam
inquit Sicut deus omnem cre
aturam excedit sic anima crea
turam corporalem dignitate nature
precellitur et si dignitate nature
multo magis dignitate gratie
quam etiam spirituales creaturas
antecellit Bedius in sermone
de dicitione ad ymaginem dei
facta est ita corporalis anima
qua ceteris omnibus comparatur potest
repleri aut non potest per centum
milites intelligi potest universitas
omnium anime que potest reduci
ad decem Sunt enim decem vi
res sensitiue quinque exteriores quibus
bus ipsa racio que est caput
anime tamquam nobilis Centurio
principatur pro cuius eas ad
omnem perfectam impletorum de
calogi ordinat atque regit in
denario virium inceptorum
reducto centenariorum militum
deo sub mentis imperio famulan
cium prosiatur Unde sicut
ille centurio dicebat Nam et
ego homo sum potestate constitu
tus habens sub me milites et
dico huic vade et vadit et
alio veni et venit et seruo
meo fac hoc et facit Sicut
dicat Job tassi in collac primum
perfecta mea per Centurionem
intelligitur sub dei potestate consti
tuta omnibus suis viribus con
stituta dominatur et hec potestate
cogitaciones noxias expellendi
et in bonis cogitacionibus in
morandi Sicut malis cogita
cionibus dicere possimus abite
et abeant et bonis vero acce
dite et accedant suo quoque
uno i corpori fac hoc quod bonum
est et facit et quod dei debet
huius spiritus ea que castitati et

continencie sunt hec io cass this
anime generositate considerans
Augg in libro de contemplatione
domini nostri ihesu xpisti sic inquit o
anima mea insignita dei yma
gine decorata dei similitudine
redempta xpisti sanguine sponsata
fide decorata spiritu ornata vir
tutibus deputata cum angelis
dilige eum qui est causa tui a
moris ipse initium ipse primum
ipse finctus ipse usus ipse finis
qui est benedictus in secula seculorum

Ascendente ihesu
in naviculam se
cute sunt eum
discipuli eius
Et ecce motus magnus factus est
in mari ita ut navicula operi
retur fluctibus ipsius vero dor
miebat etc

Solent sancti viri
tum aliquid sin
virtutis divina cle
mencia per eos operatur sive
operata sunt mundana ostenta
tionem declinare et vitare et
hoc docuit nos salvator in seriis
evangelii Cum enim multos infir
mos curasset et multa et in
mirabilia signa et miracula fecis
set ut refert Math videns
circa multas turbas iussit disci
pulos suos ire transfretare et
ipse cum eis descendit in navi
culam et per hoc docet nos ut
dicit Cris nichil ad ostenta
tionem facere vobis etiam ut dicit
Remigius quod homo inportunitatem
fugere debet ut legitur dominum tra
nsisse refugia quando declina
re volunt aturbas in navim mo
tem et desertum Sic itaque
cum comp inventu aturba asscen
dit in naviculam Quinque evangelio ta
describuntur primum est maris periculosa
commocio Secundum est discipulorum
affectuosa deputatio ubi et ascende
runt Tertium est xpisti virtuosa o
peratio ubi Tunc surgens etcetera
Primum quatuor facit evangelista Primo
ponit vero ascensum in naviculam
ubi ascendente ihesu in naviculam
ubi dicit Augustinus Cum multa
et magna et miranda dominus osten
disset intra transit ad mare
ut ibi excellentia opera demon
straret qualis tunc maris scilicet dominum
se ostenderet Deinde adiungitur di
scipula quia secuti sunt eum discipuli
eius non tantum gressus eius sequentes
ut dicit Origenes Sed magis sanctita
tem comitantes secuti sunt eum
quia trahebantur suavitate amo
ris eius et admiratione operis et
benigna conversatione ipsius ita ut
eum relinquere non possent Et no
tandum quod Cris quod dominus iussit
eos ut sequerentur eum tristicium
qualis in seipsis experientur virtute
mirabilium operum eius que in aliis
videbant fieri Tercio ponitur ma
ris perturbacio ubi et ecce motus
factus est magnus in mari quia
subito impetuose cum esset prius
tranquillitas facta est commocio in
mari et elevaverunt procelle altitu
dine magna super naviculam Ita
ut videtur ire in profundum et
sic subito elevabatur navicula
et descendebat et sic agitata flu
ctibus replebatur Sic hec sunt
maris pericula ubi nec portus
confugiunt nec homo adiutorium
habet quia nemo scit nisi expertus
est fluctuaret aut aliquis vivit
hec tempestas coste aut cocturis
navigantibus experta sunt dicens

q non nam naturalis inquietudinis maris et vehementis commotionis fluctuum ipsius tam forte est quia radii lune et superioris corporum resolvunt vapores a fundo terre et aque ut ad plenum eos consumunt vel ad eam complete extrahere possunt quando remanebunt aliqui infra corporis maris deorsum sunt et generant ampullas et tumores in corpore maris Adequam etiam commotionem maris ventis stantes faciunt tempestatem Sic non hic tempestas generabatur Sed fiebat supernaliter et voluntate xpi qui producit ventos de thezauris suis ut dicit glo

Facta est autem tempestas magna ut magnum opus ostenderetur quia quanto magis fluctus navicle irruebant Tanto magis timor discipulos conturbabat ut plus desideraret se per miracula salvatoris liberari Facta est ergo commotio maris et discipuli timuerunt et xpm invocabant ut invocantes liberaret et liberati mirarentur mirantes in fide firmarentur Quarto ponitur xi dormitio xpi quia dormiebat Sed sicut glo res miranda est atque stupenda de quo dicitur in ps Non dormitabit neque dormiet Et hic dicitur dormire Sed licet dormierit corpore tamen vigilabat divinitate Unde ipse dicit Can 5 Ego dormio et cor meum vigilat semper Quare autem hic dominus voluit dormire [illegible] pt esse vera prima secundum

Luther

glo ut se verum hominem demonstraret Secundo ut discipulorum corda probaret non quod ipse corda eorum ignoraret sed ut ipsi se ipsos agnoscerent Sicut de petro dicitur Math 26 Tercia secundum Cris. ut discipuli magis timerent Quarta ut nos ad orationem provocaret Si enim ut ait Cris. xpo vigilante tempestas tempestas facta esset non timuissent vel non rogassent Quinta racio ut potenciam demonstraret que magis claruit in eo quod mox excitatus imperat ventis etc

Accesserunt et suscitaverunt eum dicentes Domine salva nos perimus Et dicit eis Quid timidi estis modice fidei etc

Sequitur secunda pars in qua describitur discipulorum affectuosa devotio et tanguntur quatuor Primo tangitur discipulorum fiducialis accessio accesserunt ad eum a quo liberari possent appropinquando Unde ps Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur Secundo tangitur eorum suscitacio et suscitaverunt eum a sompno ut poterant dicere illud ps Exurge quare obdormis domine Et nota secundum quod dicit Crisost. quod discipuli non tantum excitaverunt xpm cum cepit oriri tempestas sperantes aliquomodo evadere periculum sed quando magnitudo pericli eis tantum timorem incussit ut nulla alia spes salutis esset nisi a deo tunc excitaverunt xpm Et sicut dicit glo tantum fuerunt perterriti et pene a se alienati ut irruerunt in eum et non modeste ac leniter surgere [illegible] sed turbulenter suscitaverunt eum Tercio tangitur discipulorum devota oracio que in se tota complectitur que in omni oratione teneri debent. Sunt enim pia et [illegible] de omni parte considerata Dicebant Domine salva nos perimus Genes 21 Salus [illegible]

in manu tua est Item sunt multi-
tas quia in periculo mortis primus
Unde exclamat Crisostomus o
veraces apostoli salvatorem vob-
iscum habetis et periculum timetis si-
cut vita vobiscum et de mor-
te solliciti estis Quarto tangitur
discipulorum increpatio Ubi et
dixit eis quid timidi estis mo-
dice fidei Modice fidei fuerunt
quia putabant se periculum posse
latere domino Sed dicet aliquis
Quomodo fuerunt discipuli modice
fidei cum tamen ad Christum confug-
erunt Dicendum est secundum
Crisostomum quod propter hoc modice fi-
dei fuerunt quia licet credide-
runt Christum eos liberare de periculo
cum esset vigilans non tamen
crediderunt quod hoc posset dominus
dormiens facere Et ideo de hoc
increpantur Notandum quod fides
multos habet nobiles effectus Pri-
mum virtute fidei remittuntur peccata
Actuum 15 fide purificans corda
eorum Unde salvator dixit
marie magdalene remittuntur
tibi peccata tua fides tua te
salvam fecit Item in fide cetere
virtutes fundantur hebreorum 11 fides
est substantia rerum sperandarum Item
a fide omnia procreantur Jacobi 2 E-
go ostendam tibi ex operibus fi-
dem meam Item per fidem ad-
versitates et singule tribulationes
superantur Ephesios 6 In omnibus su-
mentes scutum fidei Et ideo si di-
scipuli perfectam habuissent fidem tem-
pestatem maris et motum non
timuissent Item per fidem scrip-
turarum intelligentia intelligencia
reseratur Unde est illud Ysaie
Si non credideritis non intelligetis
Item per fidem petitiones obtin-

entur Jacobi 1 postulat autem in fide
nichil hesitans Item per fidem fiunt
miracula Mathei 9 omnia possibilia sunt
credenti Et Mathei 17 Si habueritis
fidem sicut granum synapis dicetis
monti huic etc Item per fidem
salus anime inducitur Luce 7 fides
tua te salvam fecit Item secundo
per fidem vita eterna acquiritur hebreorum
11 Sancti per fidem vicerunt
regna adepti sunt repromissiones
Cum ergo tot bona efficiat fides sic
debemus ne in nobis modica inve-
niatur Et si quis in eo modicam
senserit oret cum apostolis dicens
domine adauge nobis fidem etc

Tunc surgens imperavit
ventis et mari et per-
fecta est tranquillitas
magna porro homines mirati sunt
dicentes qualis est hic quia venti
et mare obediunt ei etc

Tercia pars in qua magna
describitur Christi virtuosa
operacio Et continet tria
Primo ponitur Christi imperium Tunc sur-
gens imperavit ventis ut cessa-
rent flare Ex quo patet quod imperium
Christi tante est efficacie ut etiam
res insensibiles ei obediunt Ipse
enim est de quo dicitur in psalmo ignis
grando nix glacies spiritus
procellarum que faciunt verbum
eius Secundo ponitur creature
obediencia Et facta est tranquillitas
magna ceterorum de ipso enim dictum
est in psalmo Tu dominaris potestati maris
Et nota secundum Crisostomum quod cum magna
tempestas sedatur usque ad initium
temporis aque concutiuntur Sed hic simul
omnia cessaverunt ut nec semita neque
vestigium alicuius turbacionis remanserit
quod quidem erat extraneum
Tercio ponitur hominum admiratio

et laus de potro admiracione homines
admirati sunt Vel qui homines videt
Angl Non putans hic apostolos sig
tos Nomen invenimus homines no
minari sanctos apostolos Vel semper erant
apostoli aut discipuli non homines q
cum eo navigabant quorum erat
navicula. Mirabantur autem
hii homines qui cum eo navigabat
quorum erat navicula Vel si quis
dicat apostolos signari seu appellari
homines non est conveniens secundum
Jeronimum quia nondum noverant po
tenciam salvatoris Ideo mirati sunt
dicentes qualis est hic non intero
gati hoc dicebant secundum Angl
Vel affective/ qz d. Et quia ille est
cui obediunt mare et venti qualis
ergo est ille u quantus quam fortis
quam magnus Jubet enim creature
et non supergreditur iussionem eius
Soli homines resistunt domini dei
preceptis eius consiliis non acquiescunt
ut dicit Angl Notandum quod si ho
fuisset obediens suo creatori omnis
creatura ei obediens fuisset immo quod
plus est sicut loquitur deus fuisset
homini obediens nunc vero propter inobe
dienciam hominis creatura omnis facta
est illi inobediens quia caro concu
piscit et rebellat contra spiritum Christe
loquendo illud Crisostomi pt expositionem
Huiusmodi primo quid allegorice se
cundum Rabanum prout pertinet ad capud
